



Specimen dogmatico exegeticum exhibens doctrinam Pauli de pr?totok?i in Epistola ad Colossenses I: 15-20 exposita

<https://hdl.handle.net/1874/311520>

SPECIMEN DOGMATICO-EXEGETICUM
EXHIBENS
DOCTRINAM PAULI
DE
ΠΡΩΤΟΤΟΚΩΙ
IN
EPISTOLA AD COLOSSENSIS I:15-20
EXPOSITA.

9.

SPECIMEN DOGMATICO-EXEGETICUM
EXHIBENS
DOCTRINAM PAULI

DE
Π Ρ Ω Τ Ο Τ Ο Κ Ω Ι

IN
EPISTOLA AD COLOSSENSIS I: 15-20 EXPOSITA,

QUOD,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

LUDOVICI GERARDI VISSCHER,

PHIL. THEOR. MAG. LITT. HUM. DOCT. ET PROF. ORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU,

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS THEOLOGICAE DECRETO,

PRO GRADU DOCTORATUS

SUMMISQUE

IN THEOLOGIA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

in academia Rheno-Trajectina

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

PUBLICO AC SOLEMNI EXAMINI SUBMITTET

SERVATIUS HOFMEYR,

ex urbe Kaapstad.

A. D. IV M. AUGUSTI, ANNI MDCCCLVI, HORA I.

TRAJECTI AD RHENUM
APUD KEMINK ET FILIUM, TYP.
MDCCCLVI.

PARENTIBUS OPTIMIS CARISSIMIS

NEC NON

FRATRI DILECTISSIMO

NICOLAO JOHANNI HOFMEYR

SACRORUM ANTISTITI

IN

ECCLESIA REFORMATA NEERLANDICO-AUSTRO-AFRICANA

SACRUM.

*Wer das besondere lebendig erfasst, erhält zugleich das
allgemeine mit.*

GÖTHE.

PRAEFATIO.

Quum ad metam vitae Academicae pervenerim et ad summos in Theologia consequendos honores, specimen hoc inaugurale publici ac solemni eriditorum examini submissurus sim, Praeceptoribus, Almae Matri, et regioni quae altera mihi patria exstitit, paucis non valedicere non possum.

Ne autem quis miretur me tam difficile mihi elegisse disquisitionis argumentum, vires in juvene quum exiguae parvaeque esse soleant, hic memorare sufficiat, me rei momentum gravissimum magnamque accuratae investigationis utilitatem magis attendisse, quam rei propositae arduum certe negotium. Non enim varia quae deinceps mihi elegi referre argumenta, neque molestias in excutiendo hoc loco obvias, lectoribus communicare proposui.

Hujus igitur loci qualemcunque expositionem, quam post diligentem accuratamque pro viribus investigationem, veram atque probatam habeo, lectoribus, si qui erunt, hac disquisitione communicare volui. Omnium omnino conciliare consensum, neque confido neque audeo sperare, ad permultas diversasque de hoc argumento si attendam sententias. Laborem autem abunde mihi remuneratum reputo, si non plane ab omnibus rejiciatur exiguum hoc opus, et si non frustra in hac Musarum sede degisse existimer.

Vobis ante omnes in Theologia Professoribus! gratias quas debeo agere, animus me jubet. Diverso modo a singulis institutus, vestrum, etiam in patriam reversum, semper memorem me persuasum vobis habeatis.

Te singulatim compellare liceat Clarissime Bouman! Gratias tibi ago pro institutione tua atque benevolentia quam saepe erga me professus es. Diu etiamnum te servet Deum in scientiae ornamentum!

Magno autem animi dolore Royardsi, Viri Clarissimi, compello nomen, eheu! praemature et patriae et cognatis erepti. Multis ejus gratis discipulis et in Patria mea ego annumerari me laetor, neque unquam nominis tam cari omnibus obliviscemur. Tuum interea nomen Clarissime Ter Haar! defuncti tenens locum, hic memorare liceat. Institutione tua frui quamquam non contigit mihi, tamen saepe tuam expertus sum benevolentiam. Cathedram tibi commissam diu ornare pergas!

Nec minus tua erga me praedicanda sunt merita, Promotor aestumatissime, Clarissime Vinke! Gratias tibi agere maximas mihi liceat, pro tua erga me benignitate tuoque in conscribendo hoc opusculo auxilio. Quamquam enim multis negotiis obrutus, illud tempus quod exiguum tibi supererat a munere Academico, inspiciendo meo opusculo impendere voluisti, et Promotoris agere partes non recusasti. Grati ergo accipe a discipulo animi testificationem, qui tuos inter discipulos fuisse, non minimam vitae Academiae felicitatem semper habebit.

Omnibus denique Praeceptoribus, quorum lectionibus interfuisse per quinque annorum spatium Academicum mihi contigit, gratum me publice profiteor. Iis vos quoque anumerandi sunt, sacrarum in hac urbe Antistites! quorum privata institutione et familiari domestica consuetudine frui mihi contigit. Spero fore ut semper iisdem conjunctus maneam amicitiae vobiscum vinculis, illudque inprimis vos rogatos volo ut vestris me consiliis dignari nunquam desinatis.

Vos quoque quibus dulcissimis amicitiae hac in regione vinculis me conjunctum sentio, nunc animo turbato valere jubeo. Non pauci certe sunt quibus probatis uti mihi contigit in Neerlandia amicis, permultis nominibus bene de me meritis, quorum laudes nunc celebrare nolo. Ut omnes vero animi hic depingerem motus, eo quo sentio candore, verba mihi deesse fateor. Neque est quare publice declararem qualis me

perfundat sensus, aut quo animo vos amplectar et qua amoris sinceritate. Gratias tamen ex intimo corde vobis omnibus hic agere quas possum maximas pro religione mihi est, pro innumeris benevolentiae vestrae intimaeque amicitiae documentis. Nunquam certe ex mente mea delebit, aut loci distantia, aut temporis spatium cordi meo carissima vestra nomina.

Jam vestra memorare liceat beneficia quibus a teneris me persecuti estis, Parentes Optimi Carissimi. Ab ipsis incunabulis summa semper animi sollicitudine me amplexi estis amorisque sinceritate. Nunquam aut labori aut curae pepercistis ut ego procul a vobis remotus, compos fierem voti ut Evangelium Christi denuntiarem in hominum salutem, vitam meam viresque parvas ecclesiae dicarem patriae. Utinam vestras measque hac in re exaudiat preces Pater Coelestis! Has igitur accipiatis quaeso Primitias, pio quas vobis dicat animo filius tuus vestrum amantissimus.

Et tibi quoque hunc dicare liceat libellum, Frater dilectissime, permultis mihi conjuncte vinculis iisque tenerrimis. A teneris fraterno intimoque copulati amore, deinde spirituali fraternitate arctius conjuncti, mox ejusdem vocationis in eadem patriae ecclesia nos tenebit vinculum. Tu etiam summos in Theologia petere honores tibi proposueras, aliter vero voluit Deus, et, quamvis non infiteor me quoque corporis hac in regione aegritudine laborasse, mihi tamen viribus pepercit Deus, ut

opus hoc, etiamsi non pro voluntate, nunc absolverem: quod quidem semper grato memorabo erga Eum animo. Faveat nobis Deus, et diu nos servet in Parentum gaudium ecclesiaeque salutem, donec aliquando munere nobis imposito gravissimo bene defunctis, contingat πάντοτε σὺν κυρίῳ εἶναι.

Vobis denique, Sodales amicissimi! valedicendi mihi restat opus. Maneat inter nos amicitia vel in varia loca dispersos. Etiamsi nulla mihi maneat spes vos iterum his in terris adspiciendi, nunquam tamen e memoria evanescent nomina singulorum vestrorum, neque dies illi laeti, quos in hac musarum sede conjuncti degimus. Semper sane vestrum inprimis recordabor, Populares conjunctissimi! quibuscum intimam colere mihi contigit amicitiam. Inter vos non compellare prae caeteris non possum W. Murray et A. Louw! Auream sane vitae Academicae aetatem censere mihi liceat tempus, per quod dulcissima uti mihi contigit familiari et fraterna vobiscum consuetudine. Ut ego vobis, sic vos iisdem quaeso mihi amicitiae vinculis conjuncti semper maneatis.

Neque Vos possum praetermittere, Populares adhuc in Academia degentes! Arctissimum quod intercedit vinculum me inter atque vos, nunc inprimis sentio, vobis valedicturus. Aliquando vos in patria adspiciendi me permulcet spes suavissima. Memoria semper teneatis quaeso, uniuscujusque ecclesiae salutem magnam partem e sacrorum antistitum pendere in rebus divinis pietate

atque studio. Incolumes igitur in omnibus vos servet Deus! Strenue studiis vestris incumbere pergatis, morum integritatem servetis animosque vestros Deo dicatis, ut aliquando non solum disciplina et scientia imbuti, sed etiam summa animi pietate repleti, in patriam reversi, Academiae sitis gloria, parentibus voluptas, et ecclesiae carissimae ornamentum, καὶ ἡ εἰρήνη τοῦ θεοῦ ἡ ὑπερέχουσα πάντα νοῦν, Φρουρήσει τὰς καρδίας ὑμῶν καὶ τὰ νοήματα ὑμῶν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.

CONSPECTUS.

INTRODUCTIO.

	Pag.
§ 1. Epistolae ad Colossenses argumentum	1.
§ 2. Coetus Christianus Colossis a pseudo-apostolis turbatus	6.
§ 3. Disquisitionis momentum, difficultas, ratio, dispositio	12.

PARS PRIOR.

PAULI AD COLOSSENSES EPISTOLA CAP. I: 15—20	
INTERPRETATIO.	18.

PARS ALTERA.

CHRISTOLOGIA PAULINA IN EPISTOLA AD COLOSSENSES
EXPOSITA, EX ALIIS LOCIS PAULINIS ILLUSTRATA.

SECTIO PRIOR.

	Pag.
DE CHRISTOLOGIA PAULINA IN GENERE.	
§ 1. Christologia apud Paulum primum non obtinet locum .	94.
§ 2. Christologiam a parte anthropologica nobis exhibet doctrina Paulina	96.
§ 3. Doctrinae de Christologia apud Paulum progressus . . .	98.

SECTIO ALTERA.

	Pag.
DE CHRISTOLOGIA PAULINA IN SPECIE.	
§ 1. Locorum Paulinorum de Christologia qui tractant, notatio in epistolis ad Thessalonicenses, Corinthios, Galatas, Ro- manos.	104. 105.
§ 2. Locorum Paulinorum de Christologia qui tractant, notatio in epistolis ad Colossenses, Ephesios, Philippenses, Ti- motheum	113.

CONCLUSIO.

119.

INTRODUCTIO.

§ 1.

Epistolae ad Colossenses argumentum.

Complures erant urbes in Asia minore, quae Christo nomen dederant, majori minorive fama celebres: in his Colossae. In Asia Proconsulari sitae erant, teste Herodoto ¹⁾, in illa nempe Phrygiae parte, qua hiatum terrae subit Lycus, et dein post nonnulla stadia iterum emergens, Meandro infunditur. Pauli aetate, multum pristinae fama periisse videtur. Olim enim claruerunt tum amplitudine, tum opibus, siquidem urbibus annumerentur celeberrimis, ab Herodoto ²⁾ et Xenophonte ³⁾; a Ptolomaeo autem

1) Poliphymn. 7, 30.

2) Κολοσσαί μεγάλη πόλις Φρυγίας.

3) Πόλις οικουμένη, εἰδικαίμων καὶ μεγάλη.

silentio praetermittuntur, a Strabone ¹⁾ ad oppidula ²⁾ minora, a Plinio ³⁾ ad "oppida" etiam ad "celeberrima," rejiciuntur.

Quo ecclesiae conditore usi fuerint Colossenses, et quis primus fuerit eorum magister, non satis liquet, quamquam ex ipsa epistola, summa verisimilitudine colligi tuto statuimus, hoc Epaphrae cuidam ministro fideli essetribuendum ⁴⁾. Non autem alios puri Evangelii ministros volumus exclusos, neque spretos eorum labores. Hoc tamen summa certitudinis specie effici contendimus, Colossensium coetum a Paulo ipso, neque fundatum esse, neque institutum. Coetum enim Colossensium accuratius non habebat cognitum, neque Colossis adfuisse videtur, vel ante vel post sparsa ibidem Evangelii Christi semina ⁵⁾.

Ideo rite et apposite hic moveri potest quaestio, quid Paulum impulerit, ut litteras ad Colossenses daret, quas ad eos habemus inscriptas, tanta caritate tantaque animarum salutis aeternae anxietate signatas. Ad hanc si rite recteque respondere velimus quaestionem, animadvertere convenit, ecclesiae tranquillitatem falsis magistris fuisse turbatam ⁶⁾. In errores ducere suis fallaciis eos studuerunt,

1) Strabo 12:8.

2) *πόλιστα.*

3) Plinius Hist. Nat. 5:41.

4) Cap. 1:7. Non eundem esse quem Epaphroditum, ex quo nomine contractum contendit Grotius, ex Phil. 2:25 satis apparet.

5) Cap. 2:1.

6) Cap. 2:11, 13, 16, 18, 20—23.

qui, nomine Christo dato, animis simplicibus et sinceris Christi Evangelium amplexi fuerant. His omnibus ab Epaphra auditis, Paulus, summo erga eos amore perductus ¹⁾, statim consilium cepit litteras ad eos mittendi, ut non solum ab erroribus et vanis opinionum commentis servarentur, vulneribusque mederetur, iis crudeliter inflictis, sed etiam, ut veram Christi doctrinam per Epaphram, fidelem Christi ministrum, iis denuntiatam, servarent, ac vitae morumque probitate fidem suam probarent ac manifestarent.

Post inscriptionem salutemque usitatam, laudando illos attentiores reddit. Gratias, inquit, Deo ago, propter fidem vestram in Christo Jesu repositam, et caritatem erga omnes sanctos, quod et vos ad veram Christi doctrinam perduxerit Deus, in qua et conservabit vos atque augebit; quam doctrinam ab Epaphra audierant et omni animo acceperant. Sic scite viam praecludit novis vanisque opinionum commentis ²⁾. Jesu Christo, primogenito omnis creaturae, unico capiti ecclesiae, in quo omnia invenimus quibus indiget humana natura ad salutem aeternam consequendam, fides constanter est adhibenda. In illo enim omnes salutis nostrae partes sitae sunt, et diligenter ad extremum conservandae ³⁾. Quam concinnam Christi ecclesiae capitis descriptionem, rite

1) Cap. 1: 24 sqq. 2: 1.

2) Cap. 1: 3—14.

3) 1: 15—23.

his laudat Calvinus: "Ac sane vel unum hoc caput abunde sufficit, ut epistolam hanc, quantumvis brevem, habeamus instar incomparabilis thesauri. Quid enim in tota coelesti doctrina maius quam Christum habere graphice depictum: ut eius virtutem, officium, et omnes, qui ab eo nobis proveniunt fructus, perspicere liceat? Nam et hoc maxime uno differimus a Papistis, quod, quum utrique nominemur Christiani, ac profiteamur nos in Christum credere, illi sibi fingunt lacerum, deformatum, exinanitum sua virtute, officio suo nudatum, denique talem ut potius spectrum sit, quam Christus ipse: nos autem amplectimur qualis hic describitur a Paulo, vivum scilicet ac efficacem. Itaque ut uno verbo dicam, verum Christum haec epistola a fictitio discernit, quo nihil nec melius, nec praestantius desiderari potest." Qua de causa, calamitates suas lubentissime suscipere se dicit Apostolus, circa finem hujus capituli, ut adimpleat ea quae desunt afflictionibus Christi in carne sua, pro corpore Christi, quod est ecclesia; ubi auctoritatem commemorat sibi impositam, et dignitatem commendat Evangelii¹⁾. Ad perseverantiam nunc admonet lectores in fide Christi, ubi demum primaria ad eos scribendi causa patet, nempe ut succurreret illis laborantibus, periculo saltem occurreret quod illis instabat. Ut agnoscant quantum illi curae sit eorum salus, obiter de suo erga eos amore agit. Caven-

1) 24—29.

dum esse porro docet, ne superiorem Christi doctrinam ad praesentem vitam accommodent, ubi vanitatem omnem extra Christum reprehendit. Doctrinam porro Judaeo-Christianorum damnat de angelorum cultu, de circumcissione, ciborum abstinence, aliisque externis exercitiis; officia enim et legis caeremonia, per Christum abrogata sunt ¹⁾).

Jam dogmatica hujus epistolae parte absoluta, ad particulares adhortationes transit, quae in varios homines pro vocationis ratione competunt. Ad inanem enim praeceptorum observationem adigere eos studuerant falsi ibidem magistri, quam ob causam periculum illis instare videbat Paulus, ne carnis concupiscentia eorumque praeceptorum observatione jugarentur Colossenses. Iis igitur opponit vera pietatis officia, carnis mortificationem nempe, et novitatem vitae, quibus Dominus nos occupari vult; mortui enim fuerant, et eorum vita abscondita cum Christo in Deo. Vitam igitur tali magistro dignam ut degant, omnes erga omnes invicem, uxores erga maritos, filii erga patres, servi erga dominos exhortatur, ita ut persistent omnes in vita agenda sapienti atque pia, ut eorum servent animos pietatis plenos, ad finem usque ²⁾). Deinde eorum precibus se commendat, et usitatis concludit salutationibus ³⁾).

1) Cap. 2.

2) Cap. 3: 4, 6.

3) Cap. 4: 7—18.

*Coetus Christianus Colossis a pseudo-apostolis
turbatus.*

Si autem de ecclesiae statu atque conditione, in qua versata fuerit, quaesiveris, patet ex supra dictis, periculosam hanc redditam fuisse nonnullis hominibus, doctorum personam sustinentibus, revera autem ecclesiae inimicis, falsa et perversa de Messia ejusque doctrina tradentibus, genuinis ejus effatis sua commenta interponentibus. Imminebat illis periculum, ne fraude pellecti, vel ad Judaismum relaberentur, vel ad ethnicae superstitiones, vel huc illuc agitati, in ipsis Christianismi incunabulis, doctrinam profiterentur adulterinam, mixtam ex variis commentis et confusam.

Jam ut ecclesiae tranquillitatem ab hisce magistris turbatam fuisse, ex supra allatis perspicue patet, ita nequaquam eadem facilitate disputatur de quaestione, quinam fuerint magistri isti, aut cuinam scholae addicti, quam multi interpretes solvere studuerunt variis modis atque variis sententiis. Nos vero, omni subtili disputatione hac de re valere jussa, notam eorum characteristicam generaliter indagare conemur, siquidem nulla certitudine, nostro quidem judicio, solvi possit quaestio, cuinam sectae aut scholae nomina dedissent falsi illi magistri, testibus variis interpretum hac de re sententiis. Proinde singulos hujus epistolae locos hanc

ad rem spectantes persequemur, certe tangemus, quo clarius doceamur, quibusnam tandem fallaciis suam pingerent doctrinam. Variis igitur epistolae locis collatis, omnino videntur fuisse Judaeo-Christiani, minime vero iis similes, quibuscum alibi Paulo certamen erat, in epistolis nempe ad Galatas, Philippeneses, aliis, ad legis observationem redeundi necessitatem asserentibus. In eo imprimis iis absimiles censendi sunt, quod Colossis magistri speculationibus theosophicis commiscebant Judaismum, cujus nota characteristicae potissimum insigniuntur.

Ita enim circumcisionem, ciborum abstinentiam, aliasque regulas externas Dei cultui alligabant; ¹⁾ vel sic tamen ad Deum aditum per angelos comminiscabantur, qua de re subtilius philosophando, vitae asceticae tanquam meritoriae subjugare studuerunt Colossenses, quo ecclesiam turbatam reddebant. His igitur ab aliis distinguuntur, siquidem illis peculiariter attribuenda est de angelorum cultu doctrina theosophica ²⁾.

1) Cap. 2: 11, 16. Ἐν ᾧ καὶ περιετμήθητε περιτομῇ ἀχειροποιήτω, ἐν τῇ ἐπεκδύσει τοῦ σώματος τῆς σαρκός, ἐν τῇ περιτομῇ τοῦ Χριστοῦ. Μὴ οὖν τις ὑμᾶς κρινέτω ἐν βρώσει ἢ ἐν πόσει ἢ ἐν μέρει ἑορτῆς ἢ νομικίας ἢ σαββάτων.

2) Μηδεὶς ὑμᾶς καταβραβεύετω θέλων ἐν ταπεινοφροσύνῃ καὶ θρησκείᾳ τῶν ἀγγέλων, ἃ ἐώρακεν ἐμβατεύων, εἰκῆ φυσιοῦμενος ὑπὸ τοῦ νοῦς τῆς σαρκὸς αὐτοῦ. Εἰ ἀπεθάνετε σὺν Χριστῷ ἀπὸ τῶν στοιχείων τοῦ κόσμου, τί ὡς ζῶντες ἐν κόσμῳ δογματίζεσθε. Μὴ ἄψη μὴδὲ γέυση μὴδὲ θύγης, ἃ ἔστιν πάντα εἰς φθορὰν τῇ ἀποχρήσει, κατὰ τὰ ἐντάλματα καὶ διδασκαλίαις τῶν ἀνθρώπων; ἅτινά ἐστιν λόγον μὲν ἔχοντα σοφίας ἐν ἐθελθρησκείᾳ καὶ ταπεινοφροσύνῃ καὶ ἀφειδίᾳ σώματος, οὐκ ἐν τιμῇ τινὶ πρὸς πλησμονὴν τῆς σαρκός. Cap. 2: 18, 20—23

Ea tamen ratione doctrinam suam auditoribus exponebant, ut caeremonias suas angelorumque potestatem urgendo, Christum atque mediatoris ejus opus obruerent. Mediatoris enim opus aliquatenus angelis tribuebant, quo Christo gloriam suam detrahentes, inferiorem ipsum occupare locum statuebant. Praecipuus igitur in hac Pauli epistola scopus est, Christum ad propriam suam eminentiam extollere, docendo omnia per Christum esse creata atque constare in ipso, τὰ πάντα ἐν τοῖς οὐρανοῖς καὶ ἐπὶ τῆς γῆς, τὰ ὄρατὰ καὶ τὰ ἀόρατα, εἴτε θρόνοι, εἴτε κυριότητες, εἴτε ἀρχαὶ, εἴτε ἐξουσίαι· τὰ πάντα δι' αὐτοῦ καὶ εἰς αὐτὸν ἔκτισται, siquidem ille est εἰκὼν τοῦ θεοῦ τοῦ ἀοράτου, πρωτότοκος πάσης κτίσεως¹⁾.

Ex aliis vero Pauli dictis minus certis, ad ipsorum magistrorum naturam vel doctrinam concludere, non consentaneum videtur; quum, communi dictorum indole freti, ad unam vel alteram apostolorum aevi scholam, nonnisi incerta ratione, colligant; quemadmodum et interpretum plurimi nimis philosophandi studio pellecti, hac de re sollertius disputarunt, quam utilius. Paucis igitur praecipuae eorum sententiae nobis perpendendae sunt.

Sunt et fuerunt qui Essenorum placitis congruere existimarint plurima eorum quae perstringuntur in epistola nostra, falsorum magistrorum ratione habita²⁾. Sed

1) Cap. 1: 15, 16.

2) Chemnitz., Zachar., Storr., Flatt., Credner.

multa huic scholae propria hic memorari lubentissime concedentes, plura tamen neque competere, neque posse transferri in sectam illam, contendimus, quod rite et apposite ostendit Meijer¹⁾. Koppius²⁾ vero, quamvis nolit negare Essenorum scholae esse adictos, attamen summa verisimilitudine effici posse sibi videtur, nonnullos turbatores e Johannis Baptistae schola progressos, Colossensibus interfuisse. "Verum enimvero neutiquam cum Essenis solis tanquam hostibus conflictandum fuisse istis ecclesiis crediderim, siquidem castiores sanctioresque moribus, et ab omni fastu alieni illi traduntur: hic autem graviora etiam flagitia obiurgantur, qualia in epistolis ad Timotheum, Actor. 20: 29. 30 etc. hominesque innuuntur falsa doctrinae specie oculos praestridentes, nimio fastu intumentes, Christo detrahentes gloriam et auctoritatem sibi vindicantes. Quae cuncta reputanti summa verisimilitudine suspicari posse mihi videor, fuisse inter istos ecclesiae Colossensis turbatores nonnullos quoque, e Joannis Baptistae schola progressos, quippe qui multum omnino ad pervertendas illas Asiaticas ecclesias contulisse

1) "Mit recht aber hat man eingewendet, dass die charakteristische Abgeschlossenheit dieser Gesellschaft, wie die Beschränkung ihres Aufenthalts auf Syrien und Palästina, zu den Kolossischen Irrlehrern nicht passe, und dass Heuchelei, Dünkel und Ueberredung, welche Letzteren eigen gewesen, zum Essänischen Charakter, wie es anderwärts bezeugt ist, nicht stimmen."

2) Et Heinrichius.

videntur Actor. 18 : 25 sq.; 19 : 2. Et haec quidem facilius explicabuntur; si ita ferme rem accidisse existimemus. Advenerat Ephesum Iudaeus quidam, ex Alexandrina schola progressus, nomine Apollos, qui doctrina affluens acerrimoque studio flagrans, profligavit quidem Iudaismum melioraque tradidit, ita tamen ut non Christi, sed Ioannis Baptistae disciplina innutritus videretur (Actor. 18 : 24, 25). Rectiora quidem verioraque edoctus fuisse perhibetur ab Aquila et Priscilla (v. 26): verum meliore ista cognitione Ephesi quidem parum videtur usus esse: forte quia iter instabat, quo in Achaïam (Act. 18 : 27) traiecisse narratur, ubi rectiorem sane doctrinam professus est. Leguntur saltem post eius discessum plura doctrinae, quae Ioannis baptismum suspiciebat, vestigia impressa fuisse Ephesinorum animis, tamque altas radices egisse ea placita, ut et Paullus, qui, dum Corinthi et in caetera Achaïa versabatur Apollos, revisebat conditam a se Ephesinam ecclesiam, de incrementis profectibusque in re christiana tentaturus, complures ne elementis quidem Christianismi imbutos esse miraretur, sed Ioannis baptis-
mate inauguratos. Actor. 19 : 1 sq. Quem quidem, quametsi occurrere huic malo annum impensissime, attamen ne per *τριημιων* quidem illam, quam degisse Ephesi narratur, Act. 20 : 31, prosternere potuisse omnes istos errores, apparet ex enixissimis precibus, quibus, ut Ephesinae ecclesiae curam gerant, obtestatur tum Timotheum in prima epistola, tum antistites

illos, quos Act. c. 20 alloquitur. Quid autem mirabimur, serpsisse istam errorum contagionem et in finitimos tractus, ecclesiasque in caeteris urbibus vicinioribus remotioribus, Ephesinae tanquam matris exemplum secutas, easdem doctrinas inanes et frivolas esse amplexas?" Qua argumentatione veram Johannis Baptistae scholae doctrinae notam neglectam esse, facile perspicitur. Eadem ratione rejicienda est Michaelis sententia, qui ex Appollinis scholae eos profectos putabat.

Alii porro Judaeo-Christianos fuisse magistros negantes,¹⁾ Judaeos existimabant, vel Pharisaeos,²⁾ vel neo-Platonicos,³⁾ vel magico-Chaldaicos,⁴⁾ vel ethnicorum philosophorum asseclas,⁵⁾ aut Epicuri,⁶⁾ aut Pythagorae,⁷⁾ aut Platonis.⁸⁾

Alii denique ex una alterave Gnosticorum schola magistros prodiisse ducunt, quod libenter largimur, dummodo ad semina Gnosticismi referant, e quibus posthac orta sunt varia Gnosticismi systemata. Eo vero modo censendum est, ut monet Böhmerus in fine suae hac de re disputationis:⁹⁾ "Quod ad pseud-

1) Quae sententia ex Cap. 2:19 satis refellitur.

2) Eichhorn., Schoettgen. Schultess.

3) Junckerus.

4) Hugius.

5) Tertull., Euthal., Calixt.

6) Clemens Alex.

7) Grotius.

8) Heumannus.

9) Isagoge in ep. ad Coloss. p. 56 sqq.

apostolos Colossenses attinet, ego eorum accuratius indole considerata, istos habeam pro hominibus, quorum cultus animorum gnosticis sciret, quorumque placitis *σπέρματα*, particula gnosticismi continerentur. Quodsi viri aliquot eruditi censuere, pseudapostolos istos fuisse gnosticos, ego sententiae adstipulor, dummodo ab illis viris gnostici intelligantur ii, qui non nisi elementis gnosticismi aliquibus imbuti quasi tiro-nes in gnosi sint" ¹⁾). Inepte igitur faciunt nonnulli ²⁾), qui *kabbalisticos* habuit magistros, quia nonnulla philosophiae kabbalisticae elementa hic invenire sibi videntur.

Quid autem est quod uberius agamus de re magis adventicia, ad hujus epistolae isagogen proprie referenda. Ad ipsos properemus quaestionis nodos solvendo; antea vero, quodnam consilium et quam secuti simus rationem, lectori paucis exponamus.

§ 3.

Disquisitionis momentum, difficultas, ratio, dispositio.

Quum variis temporibus varia Theologiae Chri-

1) Cfr. et Neander, *Gelegenheitsschr.* p. 40 sqq.

2) Herder, Klink., Osiand.

stianae capita praecipuum obtineant in disciplina theologica tractanda atque excutienda locum, sic et nostra maxime aetate inter primarias, in theologiae orbe quaestiones motas, Christologiam¹⁾ in primis esse annumerandam, in propatulo est. Neque injuria. Christum enim Religionis Christianae agnoscimus Auctorem, a Deo Patre missum, ideoque theologiae centrum Christianae atque medullium, nostraeque fidei objectum. Nostra igitur aetate, theologi germani nomen merito obtinere qui velit, hoc doctrinae theologicae caput negligere nequit. Ejus enim est doctrinam de Deo rebusque divinis e fontibus haurire, explicare, confirmare, defendere; quod et omni, sed praecipue nostro valet tempore de doctrina de Christo, et praesertim quidem de ejus persona. Idcirco caveamus ne nullius aut minimi duntaxat ponderis esse statuamus rem, cujus momentum gravissimum esse vel coecis constat.

Praeterea hujus rei momentum ex eo quoque apparet, si ad varias attendamus interpretum sententias, quando et hic valere videtur, quot interpretes, tot sententiae. Quam ob rem, non exigua premitur difficultate accurata loci expositio, et a sententiis prae-

1) "Da dass religiöse Verhältniss zwischen Gott und dem Menschen einzig und auf eigenthümliche Weise durch die Person Jesu Christi, als den Gottmenschen, verwirklicht wird, so wird die Christologie nicht nur einen wesentlichen Theil, sondern recht eigentlich den Mittelpunkt des dogmatischen Systems bilden." Hagenb. Encycl. § 86.

conceptis, partiumque studio libera. Et vero enim Ernestius ¹⁾ dixit: "interpretationem Librorum Sacrorum esse summum, idemque difficillimum Theologi munus." Quam arduum autem sit officium et molestiarum plenum, imprimis nostri loci interpretationis pensum, facile perspicitur et justa ratione dubitari nequit. Ecce praeclaram interpretum magni nominis magnaue doctrinae catervam! Proponuntur aequo jure sententiae diversae, aequa fortuna propugnantur. In diversas, quin etiam in contrarias saepe partes quum abire solent, unusquisque animi integri atque liberi se profitetur, veritatisque studiosum et amantissimum. Ne igitur quis facile habeat pensum, in "disquisitione tractanda nobis impositum; nam in quovis interprete requiritur, praeter sincerum veri amorem, non mediocris ingenii felicitas, insigne judicii acumen, eximia in omnibus, iis etiam, quae prima specie leviora videantur, expendendis diligentia, nobilis denique cogitandi profitendique, quae sentiat, libertas, prudentiae semper modestiaeque adjuncta ²⁾)." Quae quum universe de Theologia valeant exegetica, praecipue in locum nostrum convinire facile intelligitur. Quid? quod doctrina viresque in juvene tam exiguae parvaeque esse soleant. Quid mirum igitur quod multo difficilius experti sumus pensum, quam primum nobis videbatur?

1) *Instit. Interpr. N. T.* Prol. § 1.

2) *Clarisse Encycl. theol.* § 65.

Nihilominus autem semper hujus nobis arridebat loci investigatio accurata et diligentissima; veri amore ducti, rei momenti gravissimi memores, effatumque cogitantes titulo inscriptum nostro¹⁾. Christologiam enim q. d. omnem et ab omni parte specimine tractare academico, neque fieri potest justa ratione, neque requiritur. Ideo non solum Pauli duntaxat de illa doctrinam indagare constituimus, sed etiam pro parte tantum, nempe ejus de Prototoco doctrinam, in epistola ad Colossenses exhibitam, nobis in pensum-elegimus. Eatenus tantum diversorum in scriptis Paulinis locorum expositionem adhibuimus, quatenus in ejus de Prototoco ad Colossenses doctrinae illustrationem competere atque congruere videbatur. Idcirco ab omni cum Johannea logologia aliorumque scriptorum de Christo doctrina comparatione studiose abstinere, per omnem conscribendam disquisitionem instituimus.

Etiamsi vero tam praeclarum tamque gravissimum in Theologia dogmatica obtinere soleat locum, tamen viam persecuti sumus solam exegeticam; neque tamen, omni dogmaticae Theologiae momento valere jusso, ita ut jure inscriptam censeamus nostram disquisitionem: *Specimen dogmatico-exegeticum*. Ubi autem a via propria exegetica declinare necessarium duximus, non adeo polemica, quam apologetica progressi

1) "Wer das besondre lebendig erfasst, erhält zugleich das allgemeine mit."

sumus ratione, quod lectoris aequitati non displiciturum esse confidimus.

In disquisitione igitur nostra conscribenda, quodnam consilium et quam secuti simus rationem, paucis lectori exposito, notemus denique disceptationis dispositionem, quo clarius constet de via in tractanda quaestione, a nobis instituta.

Ad meliorem expeditioremque quaestionis tractationem, animus nobis est, eam sequi rationem, qua duabus constet partibus disquisitio. Accurata enim et plena, quum summo jure a nobis requiratur loci interpretatio, prior et primaria Dissertationis absolvetur parte. Hic enim omnis locus classicus, et N. T. sublimioribus, et difficillimis est annumerandus; hic fusius et uberius docet Paulus de Christi persona; hic Prototologiam q. d. invenimus Paulinam. In vera autem Pauli de Prototoco doctrina percontanda atque definienda, alios in Pauli epistolis hujus rei rationem habentes locos, prorsus negligere, neque sine injuria fieri potest, neque a nobis desiderari. Altera igitur disquisitionis parte Christologiam Paulinam in epistola ad Colossenses exhibitam, hisce illustrabimus locis Paulinis, et cum illis conferemus. Hujus Partis posterioris sectiones duae porro Paulinam exhibent Christologiam in scriptis suis obviam *universalem* atque *peculiarem*. *Conclusionem* denique nostra absolvetur disquisitio.

Caeterum nihil invenimus, de quo monendus esse videaris B. L. Causa igitur non est, cur amplius in

vestibulo te moremur. Cum benevolentia igitur accipias quae pro viribus juvenilibus diligenter conscripsimus, animoque sincero.

PARS PRIMA

PAULI AD CORINTHIENSIS EPISTOLAE CAP. I: 11-20

IN VESTIBULO

IN VESTIBULO

IN VESTIBULO

IN VESTIBULO

IN VESTIBULO

IN VESTIBULO

IN VESTIBULO

IN VESTIBULO

IN VESTIBULO

IN VESTIBULO

IN VESTIBULO

IN VESTIBULO

IN VESTIBULO

IN VESTIBULO

IN VESTIBULO

IN VESTIBULO

IN VESTIBULO

IN VESTIBULO

IN VESTIBULO

IN VESTIBULO


~~~~~  
 vestitudo te moneat. Cum benevolentia igitur ac  
 cunctis pro viribus iuventibus diligenter con-  
 scripsimus, amplexibus sinceris.

## PARS PRIOR.

PAULI AD COLOSSENSIS EPISTOLAE CAP. I: 15—20

INTERPRETATIO.

~~~~~

Solennem post salutationem gratias agit Paulus apostolus Deo Optimo, cujus divina providentia ad fidem Christo habendam, per Epaphram doctorem, pervenissent Colossenses, quos ipso cum doctore collaudat, quos ut proficiant hortatur, quos Deum sperat in fide conservaturum et majoribus aucturum incrementis. Christus enim est omnium princeps et Ecclesiae caput. Eum qui habent, iis nihil deesse affirmat ad salutem aeternam consequendam; hic etenim omnia, quibus indigeamus ad salutem, in se habet recondita.

Ita in Christi laudibus meritisque celebrandis excurrit apostolus, Colossenses ut videant quot quantaque, in Jesu spem suam reponentes, tali magistro atque

rege, sibi sperare possint bona; ne falsa pseudo-apostolorum doctrina se abduci sinant et aliunde plura et ad salutem sperent efficaciora, neve alium quaerant doctorem aut doctrinae additamenta. Ut autem tota in hac epistola Pauli erga Colossenses cernitur amor, sic in loco illo mox nobis interpretando, imprimis summum rectam eos in viam ducendi eosque servandi apparet studium.

Loci dispositio admodum simplex est. Ut unusquisque, suae ipsius maxime accommodatam expositioni partium distributionem sequitur interpret, sic et nos. Optima nobis videtur et simplicissima tripartita loci dispositio. Qua enim ratione Filius dicatur *Πρωτότοκος πάσης κτίσεως*, docet Apostolus, sectt. 15—17; deinde Filium Ecclesiae quoque Caput dicit, *Πρωτότοκον ἐκ τῶν νεκρῶν* s. 18; denique Filio inhabitare omnem plenitudinem, Patri placuisse ostendit sectt. 19—20. Quandoquidem autem, omnium iudicio, ipsa interpretatione partium distributio sit probanda, ex sequentibus et aliorum et nostrae dispositionis cum refutatio tum comprobatio pateat, necesse est.

Primum videndum est, num s. 15 conjungenda sit cum s. 14, an vero cum s. 13, vel cum utraque; huic enim quaestioni diversis temporibus, diverso modo responderunt interpretes, quamvis prorsus alii illam omiserint. Hanc ad rem aliquantum mentem advertere operae pretium nobis videtur, nam ut alibi, sic hic quoque suam quemque sententiam ad hanc illamve expositionem cogisse patet. Nihil

autem fere molestius unquam a nobis impetratur, quam praejudicatis nostris opinionibus dogmaticis valere jussis, propriae vocum sententiae locum justum cedere; suae quisque interpretationi grammaticam, eamque saepius detortam, fundamentum creat expositionis. Hinc non raro multae illae interpretationis diversitates, quibus docti caeterum viri, in diversas, quin saepius in plane oppositas, abire soleant sententias. Sic ad τὸν λόγον ἀσάρκον e. c. Steiger aliique, verba εἰκὼν τοῦ θεοῦ et Πρωτότοκος πάσης κτίσεως referunt, quare relativum ὅς tantum ad sect. 13 referri oportere ille asserit, ubi dicitur τοῦ υἱοῦ τῆς ἀγάπης αὐτοῦ; in sect. 14 etenim de operibus ejus in carne manifestati, sermo est. Inter alios hanc verborum juncturam improbat De Wette, nulla tamen afferens argumenta, nisi temere haec ita jungi, quia ad Christum q. d. historicum vocabulum πρωτότοκος referendum censet, quare eum hoc loco refellere, non opus videtur ¹⁾). Steiger vero ex antiquorum scriptis suam probare studet expositionem, eamque solam valere ostendere conatus est. "Ὁς, inquit, referendum est ad τοῦ υἱοῦ τῆς ἀγάπης αὐτοῦ, nulla s. 14 habita ratione ²⁾). Provocat ad Matthiae ³⁾), ubi exemplo allato ejus illustretur sententia. Eo tamen exemplo nullo modo probari po-

1) "Das vs. 15 auf vs. 13 zurückgehe; ist Steiger's ganz willkürliche Annahme." De Wette.

2) Vid. Steiger a. h. l.

3) Gr. Gramm, Tom. II. pag. 892. "Das Relativ dient auch wie im

test, s. 15 non cum s. 14 cohaerere; ne de scribendi discrimine moneamus Paulum inter et antiquissimum autorem, eumque poetam ¹⁾). Quid igitur? Nemo non concedet, s. 14 esse parenthesin; talem autem, qualem Steiger indicat, ita ut plane s. 14 et a sequentibus et a praegressis sejungatur, non negare non possumus. Apud scriptorem enim nostrum omnia apte cohaerent ejusque enuntiata ordine sibi succedunt, nec ulla cogitari potest caussa, cur inter τὸν λόγον ἀσάρκον et τὸν λόγον ἐνσάρκον distingueret Paulus hoc loco, ubi ejus oratio brevior est et concinnior. More enim solito non duas inter Christi naturas distinxit, quod perspicue ex sequentibus nobis apparet. Nec igitur a sequentibus ea quae Paulus in s. 14 enuntiat sejungi possunt cum Steigero, nec a praegressis, ut de Wette voluit; uterque licet suam unice veram opinionem praedicarit.

Nostrum igitur est ut in ipsam scriptoris mentem inquiramus, quo jam ad praecipuum sponte accedemus rei cardinem, quo sensu scilicet Paulus de Christo locutus fuerit, utrum de τῷ λόγῳ ἀσάρκῳ, an de Christo (ut vulgo dicunt) historico. Si vero quis ea quae sequuntur attentius accuratiusque perlegerit, sibi facile persuadebit, neque tantum de τῷ λόγῳ ἀσάρκῳ, neque tantum de Christo, hac in vita

Lateinischem, zur Verbindung der Sätze stat des Demonstrativs, nach einem Zwischensatze, wenn man auf das vorhergehende wider zurückkommt."

1) Homerum.

versato, haec dicta esse, sed de Filii per omnem statum ὑποστάσει. Unum igitur animadvertentes, negligunt alterum, contententes, hanc ad unum aeternumque λόγον referendam esse pericopen¹⁾. Summa enim per Christum nobis allata salus jam s. 14 indicatur, et postquam altius ascenderat, Filii ante ejus in mundum adventum gloriam atque opera describens sectt. 15-17 pergit, indicans ejus cum ecclesia necessitudinem. Mediatorem igitur Christum describere quoque voluit apostolus. Ipsum porro sectionum argumentum eorum redarguit sententiam, a multis tamen acceptam, qui historicum tantum q. d. Christum referri ducunt²⁾, quod deinde fusius a nobis demonstrabitur³⁾.

1) Bähr, Steiger, Olsh., Huther, Bleek. Ad divinam Christi naturam Calov., Wolf, alii referunt.

2) Erasmi, Mel., Calv., Beza, Zanch., Groc., Grot., Beng., Michaëlis, Fl., Heinr., Ink., Böhm, Schleierm. de Wette.

3) Recte jam, ut aliquid hac de re afferamus, monuit Meyer, dicendo: "Man beachte, dass P. Christum nach seinem gegenwärtigen Sein, mithin nach der Permanenz seines Erhöhungszustandes, im Auge hat (vgl. z. V. 13, 14.), daher er aussagt, nicht was Christus war, sondern was er ist. Vrgl. zu diesem ἐστὶν 2. Kor. 4, 4. Unrichtig war daher nicht bloß die Beziehung auf die zeitliche Erscheinung Christi (Calvin., Grot., Heinr., B. Crus. u. M.), sondern auch die Beschränkung auf seine göttliche Natur oder den Logos (Calov., Estius, Wolf u. V. auch Bähr, Steiger, Olsh., Huther); richtig ist nur die Beziehung auf die ganze Person, welche im Zustande ihres jetzigen himmlischen Seins fortwährend ist, was ihr göttliches Wesen, an und für sich betrachtet, vor der Menschwerdung war (1 Phil. 2:6)." Meijer.

Suam igitur significationem relativam Pron. rel. $\delta\epsilon$ retinet in s. 15, neque transit in significationem Pronominis demonstrativi ¹⁾, ut vertendum sit "qui est," neque etiam ita explicandum, ut indicet causam eorum, quae sequuntur, esse in praecedentibus, ut supplendum sit "ut qui," "quippe qui" ²⁾.

Ne autem ea quae minora sunt, diutius nos teneant, jam ipsa verba eorumque sententiam indagemus.

s. 15. $\text{Ὁς ἔστιν εἰκὼν τοῦ θεοῦ τοῦ ἀοράτου.}$

In vera hujus dicti exquirenda significatione, nostra maxime interest sedulo primum verborum notationem investigare. Ubi enim de ea constiterit, sic demum nobis ipse orationis tenor membrorumque inter se junctura ostendet optime, quae revera scriptoris mens fuerit ejusque consilium.

Ad accuratam autem et distinctam verbi $\epsilonἰκὼν$ notationem pervenire sic demum possumus, si ad fontem recurramus, unde N. T. scriptores suos rivos duxerunt ad N. T. usum atque dictionem.

Ibi vero tria nobis praecipue occurrunt verba: סֶמֶל, צֶלֶם et דְמוּת , quae, quamvis singula suam habeant horum propriam significationem, plerumque eodem graeco verbo $\epsilonἰκὼν$ apud LXX translata inveniuntur. Videamus igitur quo modo illud verbum $\epsilonἰκὼν$

1) Matthiae Gr. Gr. p. 892.

2) Bernhardt Synt. p. 292. — Recte etiam Belgica nostra versio non habet: "deze is," nec "als welke hij is," sed: "dewelke is."

a LXX usurpatum sit, diversisque locis positum ad hebraica illa reddenda.

Primum igitur, de quo nobis monendum, vocabulum Hebraicum est סָמֵל, a סָמַל, *similis fuit*; hoc sine dubio quandam assignat similitudinem, sed tantum eam, quae formam externam spectat, plasticè expressam fere dixerim, quare סָמֵל saepissime sibi פְּסֵל junctum habet. Inde significationem *imaginis, simulacri, statuae* induit. Sic ubi in Deut. IV : 16, 2 Chron. XXXIII : 7 apud LXX per εἰκὼν vertitur, omnibus statim patet, hoc simulacrum indicare, uti etiam Jes. XL passim פְּסֵל plane eodem vertitur modo. Inter סָמֵל et פְּסֵל hoc tamen interest discrimen, quod illud notet potius ipsam imaginem, statuam aut simulacrum (sculptum פְּסֵל, fusum מִסְכָּה Cf. Ex. XXXII : 4, 8; XXXIV : 17; Deut. IX : 12; Jud. XVII : 3); hoc vero formam, exemplar, quod quis in formanda statua vel simulacro expresserit. Utrumque tamen nomen de externa tantum forma usurpari, confirmat ipsa LXX versio, saepius פְּסֵל vel סָמֵל per εἰδωλον vertens. Quum vero Paulus hoc loco de rebus divinis loquatur, non de forma externa, sponte patet, εἰκὼν pro סָמֵל positum esse.

Duo praeterea alia verba memoravimus צֶלֶם et דְמוּת. Illius autem locum occupare apud Paulum vocabulum εἰκὼν, non facile quis affirmaverit, qui attenderit sive

ad primitivam et vulgarem, sive ad derivatam inde et translata[m] significationem. Nam לָצַל ¹⁾ est a radice לָצַל , quae, etiamsi apud Hebraeos non occurrat, invenitur tamen in cognatis dialectis ipsaque cognata est cum לָלַל , et significat *tenebrosus fuit, umbrosus fuit*, unde לָצַל est *umbra, imago ex umbra orta, adumbratio* (cf. *σκιά, σκίασμα, σκιαγραφία*). Simulacri, statuae notionem hinc etiam induere potest, ita ut jure apud LXX nonnunquam per *εἶδωλον* vertatur.

Contra, N. T. scriptores, ut ostenderent *εἰκὼν* non idem iis significare ac Hebraeorum לָצַל , hoc verbum *εἰκὼν* alibi per τὸ ἀπαύγασμα circumscribunt, non vero, ut quis exspectare possit, per ἀποσκίασμα, propria quae est versio τοῦ לָצַל . Distincte contra *σκιά* verbo *εἰκὼν* opponitur Hebr. X:1, ubi ὁ νόμος dicitur: ἔχειν σκιάν τῶν μελλόντων ἀγαθῶν οὐκ αὐτὴν τὴν εἰκόνα τῶν πραγμάτων. Accurate hic לָצַל exprimens scriptor, simul ostendit se verbo *εἰκὼν* aliam et excellentiorem tribuere significationem. Quod plane quoque congruit cum aliis V. T. enunciatis (cf. Ps. XXXIX:7; LXXIII:20), ubi לָצַל est somnium, vana somniantem obruens imago, evanidi quid nihil habens solidi.

Quod nobis superest Hebraeum verbum *דְמוּת*, revera melius respondere huic verbo *εἰκὼν* videtur,

1) Apud Fürst $\text{לָצַל} = \text{לָצ}$.

quippe cui internae similitudinis notio inhaereat. דְּמוּתֵי enim est a radice דָּמָה, quae significat: *similis fuit* alicujus (non alicui), ita ut indoles internaque ratio, non externa forma cognata, indicetur. Qualitativa igitur, non quantitativa ejusmodi est similitudo (cf. e. c. Cant. II. 17; VIII. 14). Hinc derivatum דְּמוּתֵי talem exprimit qualitatum naturaeque similitudinem, quali sibi cognati appareant animi¹⁾.

Ipsum tamen εἰκὼν magis ambiguum esse atque propterea non plane et plene hujus דְּמוּתֵי exprimere significationem nec ipsos LXX interpretes latuit, quare, licet plerumque, ubi illud solum occurrit, per εἰκὼν verterint, tamen ubi alteri vocabulo cognatae significationis adjungitur, ad primitivam magis redeuntes significationem, usurparunt verba ὁμοίωσις vel ἴδεα vel ὁμοίωμα, etiam iis locis, ubi εἰδῶλον expectavisses. Hi loci imprimis igitur urgendi sunt, ubi de propria vi hujus vocabuli דְּמוּתֵי sermo est, atque etiam ubi de εἰκὼν disputavimus, quod hujus locum obtinet. Et prae ceteris diversa verborum significatio צֶלֶם et דְּמוּתֵי e Gen. I:26 ap-

1) Baumgarten (cui van Toorenenbergen, *Bjdr. enz.* pag. 100 consentit) perperam dicit: "Zwischen diesen Ausdrücken ist kein anderer Unterschied als der einer verschiedenen Auffassung eines und desselben Gedankens, צֶלֶם hat concrete, דְּמוּתֵי abstracte Bedeutung, jenes ist Bild, dieses Ähnlichkeit. Ebenso ist es mit der Verschiedenheit von ב and כ an unserer St., ב bezeichnet das Bild, als in welchem das Wesen des Menschen bestehen werde, כ die Aehnlichkeit, als welche das Maass der Bildung des Menschen abgeben solle."

paret, ubi utrumque occurrit verbum, dum צֶלֶם per εἰκὼν, דְּמוּת autem per ὁμοίωσις apud LXX expressum est, quam ipsam distinctionem non satis omnes interpretes animadverterunt; unde tot tamque diversae de hominis cum Deo similitudine ejusque praestantia opiniones. Alii similitudinem illam quaesiverunt in perfecta rerum cognitione et sapientia; alii in perfecta justitia atque sanctitate eam positam habuerunt; alii in summa prae omnibus aliis creaturis eminentia et dignitate; alii denique ad imaginem Dei eum creatum dixerunt, corporis imprimis habitum respecientes. Omnes autem hac de re opiniones referre, non est hujus loci. Hoc tantum addere liceat persuasum nobis esse, Dei in homine conspicuam imaginem, ex iis quae de significatione דְּמוּת diximus, quaerendam esse imprimis in animo ejusque facultatibus, dotibusque mentis ingeniique, quibus praeditus est ¹⁾).

1) Bene animadvertendum est, hominem dici creatum esse בְּדְמוּתוֹ κατ' εἰκόνα, Filium autem ipsam εἰκόνα dici. Quamvis non omnem tamen magnam partem similitudinis inter Jesum atque hominem ratio aequalis esse dici potest, J. C. ὁ δεύτερος Ἀδάμ vocatus est, qua talis, omnes igitur humanas (ante lapsum) sibi proprias habet qualitates (Cf. Hebr. II:17; IV:15), quas ὁ πρῶτος Ἀδάμ in die, qua creatus est (cf. Gen. V:1). Alia autem spectatur significatio, ubi hic dicitur εἰκὼν τοῦ θεοῦ. Nunc ipsa indicatur בְּדְמוּתוֹ et quaenam illa sit, e prioribus distincte apparet. Inde discriminis Christum inter et hominem concipitur notio. J. C. ipsa fuit, est et manebit דְּמוּת, homo autem formatus erat secundum hanc similitudinem ἐν αὐτῷ (cf. etiam Rom. VIII:29: καὶ προῦρτισεν συμμόρφους τῆς εἰκόνης τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ). Eo sensu de homine dici potest צֶלֶם (cf. Gen. I:26), ἐν αὐτοῦ ἀποσκιώσασατι, dum Jesus dicitur ἀπαύχασμα

Dei Filium vero etiam εἰκὼν vocari hoc sensu, qui vocabuli proprius est דְמוּת, ex Hebr. I: 3 patet, ubi dicitur ἀπαύγασμα τῆς δόξης καὶ χαρακτήρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ. Non enim obscura est vel adumbrata ejus imago (םצל), sed expressa ejus similitudo (דמות, cf. Ez. I: 13, 28, דְמוּת כְבוֹד ה' = ὁμοίωμα τῆς δόξης κυρίου). Vix enim opus est ut moneamus Filium Dei, quem ἀπαύγασμα τῆς δόξης nominat scriptor, non esse a lumine visibili ita dictum, quatenus illud oculos nostros perstringat¹⁾, neque quatenus lumen aliunde ortum refulgeat²⁾. Utraque enim interpretatio, sensui vocis ἀπαυγάζω grammatico neque convenit nec satisfacit, quippe quae significet *lucem edo, resplendo*. Nomina vero in μα actionem continuatam, et eum qui hac actione efficitur statum indicant. Concretam enim proprie terminatio in μα indicat actionem, sed etiam saepius objectum. Ita redit significatio ad eam, quam Part. Perf. Pass. Neut. positum habet. Ita τὸ πρᾶγμα idem ac τὸ πεπραγμένον; τὸ μίμημα idem ac τὸ μεμιμημένον³⁾; σπέρμα autem a σπείρειν, non semper idem est quod τὸ ἐσπαρμένον, sed nonnunquam indicat τὸ σπειρόμενον.

τοῦ θεοῦ, ut et Ezechiel et Daniel in visionibus suis divinis Dei speciem videbant tamquam דְמוּת אֲפָאָגָאסְמָא פּוּרְדָּס (cf. Ezech. Cap. I passim et imprimis s. 13 et 28, ubi diserte dicitur verbis דְמוּת כְבוֹד ה' ὁμοίωμα τῆς δόξης κυρίου).

1) Erasmus, Calvinus, Grotius, Beza, Limborchius, alii.

2) Capellus, Gomarus, Gerhardus, Calvinus, Bleekius.

3) Cf. Herod. II. 78, 86.

Sic ἀπαύγασμα potest verti “het afschijnsel,” sed etiam “het afschijnen.” Est igitur per se ipsum lucens illud, in quo conspicua Dei redditur gloria. Etenim eo ipso quod additur τῆς δόξης αὐτοῦ, quae inter Patrem et Filium intercedit necessitudo exprimitur et indicatur ¹⁾. In Patre notio τοῦ ἀπαυγάζειν est abstracta, in Filio autem concreta. Sic recte dicitur, quidquid proprium habet Pater, hoc in Christo expressum esse ²⁾. Eodem sensu jam Chrysostomus, Bleekio assentiente, locum hunc interpretatus est per formulam Nicaenam φῶς ἐκ φωτός. Sic Pater, quamvis sua proprietate distinctus, totum se in Filio explicat et exprimit. Hinc enim tuto colligimus, proprium esse Patris splendorem, qui in Filio refulgeat ³⁾. Cum his apte alterum orationis membrum convenit χαρακτηρ

1) 1 Joh. I: 5. 1 Tim. VI: 16.

2) Ita etiam Ebrard ad hunc locum: “Es bezeichnet nicht den von einem fremden Körper aufgefangenen und als Widerschein oder Spiegelbild zurückgeworfenen Glanz, auch nicht den von einem leuchtenden Körper fort und fort ausgehenden Lichtglanz als ausströmenden und sich in's Weite verlierenden, sondern es bezeichnet ein Licht oder einen Strahlenglanz, der von einem (andern) Lichte ausgestrahlt ist, sofern derselbe nun als ein selbständig gewordener gedacht und angeschaut wird. Im Deutschen wüsste ich keinen bessern Ausdruck, als Strahlbild; als Strahlbild ist es ein lebendiges, von Strahlen gebildetes, nicht bloss ein aufgefangenes und reflektirtes Bild; als Strahlbild ist es als ein selbständiges und bleibendes gedacht; es ist mehr als ein blosser Strahl, mehr als ein blosses Bild; eine vom Urlichte producirt Sonne.”

3) “Es bezeichnet der Ausdruck die gansche Herrlichkeit und Majestät des göttlichen Wesens, das sich in den Sohne darstellt.” Bleek, a. h. l.

ὑποστάσεως αὐτοῦ. Etenim δόξα naturam Patris exprimit, quatenus gloriosa est, nosque eum possumus intelligere; ὑπόστασις idem significans, substantiam indicat per se spectatam, nulla aliorum habita ratione; χαρακτήρ porro non magis quam ἀπαύγασμα effigiem tantum exprimit, sed alterum vocabulum alteri respondet, ut ipse orationis tenor declarat, iisque indicatur viva quaedam et perpetua occultae naturae imago et resplendescens exemplar ¹⁾).

Hoc loco quoque Praesens verbi tempus (ᾧν) formaque participialis conditionem perpetuam, non praeter-euntem indicat (Joh. I. 18; III. 13) ²⁾. Eum, cujus

1) "Wir müssen also χαρακτήρ als Gepräge im Sinne von Schnittbild, Eingegrabenes fassen. Wie es Sache der δόξα ist, sich in einem Strahlenbilde, einer Sonne, zu concentriren und zu reproduciren, so ist es Sache der οὐσία oder ὑπόστασις, sich auszuprägen (oder nach antiker Anschauung: einzugraben) in einer Erscheinungsform, einer Gestalt. Diese Erscheinungsform oder Gestalt wird hierbei aber eben nicht als eine Abbildung gedacht (als hatte die ὑπόστασις selber schon eine Gestalt, und als würde deren Gestalt dann nur copirt in einer zweiten), sondern als unmittelbare und wesentliche Versichtbarlichung und Verleiblichung der ὑπόστασις. Die Idee ist also im Wesentlichen die gleiche, welche sich in Worten ἀπαύγασμα τῆς δόξης aussprach." Ebrard, a. h. l. — Monere autem nobis liceat, antiquos ecclesiae Graecae scriptores discrimen fecisse inter vocabula οὐσία et ὑπόστασις, quum πρόσωπον vocabulo ὑπόστασις par fecerint.

2) Ebrard p. 26: "Das mit ὅς bezeichnete subject des Satzes ist also weder der Logos qua ewiger mit Ausschluss seiner Menschwerdung, geschweige denn der Menschgewordene qua solcher; sondern Subject ist Jesus Christus, der menschgewordene, sofern er der ewige Sohn Gottes ist, der als der Logos ein ewiges Seyn beim Vater hat, und dessen zeitliches Thun deshalb den Mittelpunkt und der Angel alles zeitlichen Geschehens bilden konnte."

εἰκὼν est, repraesentat Christus splendore ejus gloriae, et eum, qui conspici nequit, conspiciendum dedit, qua a Patre accepta majestate aliquando rediturus est¹⁾).

Non est quod aliis praeterea testimoniis probatum eamus verborum sensum satis jam expositum. Alii enim, qui afferri solent loci ad expeditiorem atque pleniorum rei intelligentiam, Christi vitam terrenam modo spectantes, nulli auxilio esse possunt, quippe qui loco non convenient, qui omnem Christi personam ejusque opera complectitur. Dicendum nobis superest, hoc loco non statui imaginem qualem esse, sed Dei imaginem esse Christum. Eodem sensu Christus *εἰκὼν τοῦ θεοῦ* dicitur, 2 Cor. IV: 4²⁾). Neque cogitatur tantum quadam de imagine, sed de imagine illa unica, cujus nulla alia similis est, quamvis non addatur articulus³⁾).

Quantopere igitur nostra intersit recte hunc locum intelligere, facile vel inde efficitur, quod antiqui jam scriptores ecclesiae illum suis singuli accommodare opinionibus tentaverint suamque ex eo confirmare sententiam; quorum exemplum secuti sunt quotquot fere

1) Matth. XVI: 27; XXV: 31; Fil. III: 20; 2 Thess. I: 7; 1 Petr. IV: 13; Tit. II: 13.

2) "Der aber (hier) nicht in den Zusammenhang eingreift, sondern gleichsam nur *honoris causa* hinzugefügt wird, und durch den Ausdruck *ὁμοῖα* veranlasst zu sein scheint." Usteri, *d. Entw. Paul. Lehr.*

3) Steiger a. h. l. nicht: "ein Bild," sondern: "das Bild;" Hengst. *Christ. des A. T. I.* p. 565; Winer, *N. T. Spr.* p. 110. Quapropter recte se habet versio Belg. vertendo: "het beeld."

fuerunt ad nostra usque tempora, qui dogmata sua de Christo exponerent¹⁾).

1) Recte monet Bleek: "Die einzelnen Ausdrücke wurden von den verschiedenen häretischen Partheien der Griechischen Kirche zur Begründung ihrer besonderen Vorstellungen angewandt; wie sich schon aus den dagegen polemisch verfahrenen Auslegungen der Griechischen Kirchenväter erkennen lässt, besonders aus der zweiten der Homilien des Chrysostomus. An das ἀπαύγασμα im ersten Gliede hielten sich die Anhänger des Sabellius, so wie die des Marcellus von Ankyra und des Photinus, indem sie den Sohn bloss als eine personificirte Kraft des Vaters, nicht als eine selbständige vom Vater verschiedene Person oder Hypostase wollten gelten lassen; an das χαρακτήρ des zweiten Gliedes die Arianisch-gesinnten, die eine unterordnende Abhängigkeit des Sohnes vom Vater behaupteten. Chrysostomus gesteht auch, dass die Ausdrücke, jeder einzeln für sich betrachtet, zu solchen Verirrungen wohl Veranlassung darbieten könnten; dieselben hätten, da sie von irdischen Verhältnissen hergenommen seien, immer etwas Bildliches und nicht ganz Adäquates, dürften daher auch nicht in jeder Beziehung strenge urgirt werden, sondern nur eben von der Seite, von der der Apostel sie gemeint habe; er sucht denn aber nachzuweisen — und ähnlich auch die anderen Griechischen Exegeten — wie der Apostel eben deshalb beide Ausdrücke mit einander verbunden habe, zur gegenseitigen Ergänzung, um gegen die Krankheit, die der eine veranlassen könne, in dem andern eine Heilung zu bereiten, indem durch ἀπαύγασμα die Wesensgleichheit (τὸ ὁμοούσιον) des Sohnes mit dem Vater bezeichnet werde, wie durch χαρακτήρ das Selbständige des Sohnes, dass er gleich wie der Vater für sich bestehe und zu seinem Bestehen keines Anderen bedürftig sei. Indessen wird auch da in die Ausdrücke etwas Bestimmteres hineingelegt, als sich mit Wahrscheinlichkeit behaupten lässt, dass der Absicht des Schriftstellers gemäss sei. Auf bestimmte Weise ist durch keinen der beiden Ausdrücke, an sich betrachtet, weder die Sabellianische, noch die Arianische Vorstellungsweise ausgeschlossen. Es ist dem Schriftsteller wohl sicher bloss darum zu thun, die vollendetste Aehnlichkeit des Sohnes mit dem Vater auszusprechen, dass er ganz das reine Abbild und Ebenbild des Vaters sei; was auch Luther bei der letzteren Formel allein hervorgehoben hat, wenn er sie übersetzt: *das Ebenbild seines Wesens.*

Porro videndum, quid sibi velit appositum τοῦ ἀοράτου. Errare certo videntur qui hoc epitheto ad Philonis doctrinam scriptorem respicere putant¹⁾. Etenim praeter alia aperte constat non de τῷ λόγῳ ἀσάρκῳ, sed de Christo in coelum degente hoc usurpari, ea tamen ratione, ut nec ejus praeexistentia excludatur, neque ejus humana in carne manifestatio, ut jam antea monuimus. Perperam etiam alii explicant²⁾, praeunte ut videtur Calvino, de manifestatione in carne. Hic vero sic ratiocinatur: "Deum in se, hoc est in nuda sua majestate, esse invisibilem, nec tantum corporeis oculis, sed humanis etiam mentibus; revelari autem nobis in solo Christo, ut eum tamquam in speculo contemplemur. Nam in Christo suam justitiam, bonitatem, sapientiam, virtutem, se denique totum nobis exhibet."

Quia autem visibilis est Christus Dei imago, per appositum τοῦ ἀοράτου diserte admonemur, eum, Deum

Es ist dem Gedanken nach nichts Bestimmteres, als was Paulus in derselben Beziehung auf einfachere weniger oratorische Weise durch εἰκὼν τοῦ θεοῦ τοῦ ἀοράτου ausdrückt Coloss. I: 15."

1) Cf. Usteri l. l. p. 291: "So herinnert uns dieses Epitheton an die Philonische Lehre von einem verborgenen und einem offenbaren Gotte, indem Paulus Christum das sichtbare Bild des unsichtbaren Gottes nennt, so dass in ihm das ganze unsichtbare Wesen Gottes (ἡ ἀόρατος αὐτοῦ δύναμις καὶ θεϊότης, Rom. I: 20.) abgebildet und geoffenbart ist." Bähr, Steiger, Olsh. Huther.

2) De Wette, "in dessen Person: Erscheinung und Wirksamkeit der an sich unsichtbare unerkennbare Gott sich gleichsam sichtbar gemacht hat." Eadem ratione Grotius: "In Christo perfectissime apparuit, quam Deus esset sapiens, potens, bonus." Heiner.: ad opera autem Christi bene et praeclara facta respicit Apostolus."

invisibilem, h. e. Deum, cujus imago est, manifestare, omnibus repraesentare, ejusque gloria refulgere. Quum autem cujuscunque rei aut personae imaginem per se visibilem esse constet, ut jam ex ipsa imaginis notione probatur, reprobanda est eorum sententia, qui imaginem aequae ac ipsum illud quod imagine exprimitur, invisibilem esse velint, siquidem Deus ἀσώματος statuatur¹⁾. Per antithesin enim explicandum est epitheton ἀσώματος, prouti ex aliis etiam scripturae locis colligitur, visibilem esse Christum (cf. Act. XXII: 11, 2 Cor. III: 18; Hebr. XII: 14). Christus igitur Dei invisibilis imago, viva forma occultae substantiae, Deum manifestat, quatenus divina substantia conspici possit, intelligi, admirari²⁾.

1) Chrys., Theoph., Clarius, aliique.

2) Cf. etiam v. Heyningen, *Brief van Paulus aan de Coloss.* ubi: "God, de oneindige Vader, die evenmin plaats beslaat als Hij door tijd beperkt wordt, is geheel onbegrijpelijk voor het menschelijk verstand. Wij kennen Hem uit zijne werken, maar van zijn wezen kunnen wij geen juist, duidelijk en volkomen denkbeeld vormen; Hij is, als zuiver geestelijk, niet alleen onzichtbaar voor het lichamelijk oog; maar Hij, de oneindige, is ook geheel boven de bevatting van het eindig verstand. Nu heeft Hij, de oneindige, zich aan ons geopenbaard, niet alleen in zijne werken, door de schepping, onderhouding en regering der wereld, maar ook in zijn wezen door de komst van Jezus Christus op de aarde; Hij, de mensch uit den mensche, ons, zijnen broederen, in alles gelijk, uitgenomen de zonde, is tevens God, boven alles te prijzen in der eeuwigheid, de waarachtige God en het eeuwige leven, in hem heeft God zich geopenbaard, zoo verre de oneindige zich aan menschen openbaren kan, hij, de volkomene mensch, is tevens het juiste beeld en de volkomene gelijkenis van God, zoodat die hem gezien heeft, ook den Vader heeft gezien."

Πρωτόκοπος πάσης κτίσεως. — Jam ad praecipuum disquisitionis nostrae locum pervenimus, siquidem hic locus non solum hujus epistolae est praecipuus, sed etiam inter omnia, quae de Christi persona apud Paulum exstant, dicta maxime notabilis esse jure censeatur. Tam graviter de nullo alio certatum est. A primis enim inde temporibus ad nostram usque aetatem, tam multas tamque acerbas movit lites, ut nullum quam hoc unum vocabulum. Operae pretium igitur facturi sumus veram vocabuli significationem investigantes, ita ut appareat, quatenus per omnia quadret similitudo, eaque scriptoris satisfaciat consilio. Diversas, quae diversis temporibus a multis prolatae sunt sententiae percurrentes, videmus statim quanti momenti sit vera accurataque hujus dicti interpretatio, et miramur simul magnam vim, quam habuerunt diversae praejudicatae opiniones in illius explicatione. Fuerunt enim qui contortam nimis et longe petitam verborum expositionem proposuerint, omnemque orationis contextum neglexerint; alii grammaticam interpretationem secuti rectamque sententiam se invenisse opinati, epistolae consilium neglexerunt scriptorisque mentem, et quasi officio bene defuncti, consensum cum scriptore jactarunt, contraria licet saepius docentes; qui scilicet suae ipsius sententiae amore abrepti, inusitatam vocabulis tribuebant significationem.

Etiam si autem in tam varias tamque diversas a se invicem abeant sententias hujus loci plurimi interpretes, attamen ad duas tuto revocari possunt classes,

quatenus alii ad temporis rationem, alii vero ad virtutis eminentiam referant et honoris gradum, vocabulum Paulinum *πρωτόκοκος*; ad quam sententiam probandam hi ad *historicam* q. d. provocarunt interpretationem, illi vero ad *grammaticam*. Omnes fere ad unam alteramve harum classium censendos interpretes, quamvis nonnullis in rebus differant inter se, nemo est, quin consentiat. Ut breviter vero paucisque nostram reddere possimus sententiam, statim nobis confiteri liceat, neutram nobis placuisse opinionem, post accuratam loci pro viribus indagacionem atque cogitationem diuturnam. Nostram igitur ut exponamus paucis et probemus, non parvae rei difficultatis bene conscii, nobis est propositum. Ubi enim integri nec in cujusquam jurantes verba magistri ad locum hunc accedimus, facilius immunes nos servabimus a multis erroribus, in quos delapsos esse non paucos interpretes, infra elucebit. Sublimitate vero et rei difficultate admoneri nos decet, ne ultra quod scriptum est sapere velimus.

Pro vario linguarum usu verba revera sunt notionum signa, quibus sententiam nostram eatenus tantum exprimere possumus, quatenus magis minusve plene notionibus nostris illa signa conveniant. Utcunque igitur mentis notionem satis claram habemus et accuratam, ubi eam exprimere conamur verbis, saepe ea tamen quodammodo tantum valent ad plenam loquentis aut scriptoris mentem exprimendam. Hinc fit ut saepe non nisi inaccurate et imperfecte reddatur mentis notio, quod potissimum valet de rebus metaphysicis

et divinis. Quum vero in rebus divinis tractandis ac communicandis, non alio quam humano sermone notiones communicare possimus metaphysicas, hoc modo perfecto fieri non potest¹⁾. Quod ut teneamus in sententia nostra explicanda, necesse est.

Porro prima saepe verborum significatione oblitte-
rata, secundaria tantum aut derivata semper aut po-
tissimum in usu est, quod permultis quae exstant
comprobare exemplis, supervacuum est negotium.
Hinc saepius fit, quod vel majus quid, vel minus, vel
aliud etiam indicetur, uno alterove vocabulo, quam
propria ejus valet significatio²⁾. Quod quamvis saepe

1) "Though all terms which appertain to human nature and human relations necessarily involve the idea of imperfection, these nevertheless are the only terms in which divine analogies can be conveyed." Cf. Treffry, *On the eternal Sonship*, p. 29.

2) "Human language has always advanced from its first stage, in which ideas are acquired directly through the medium of the senses, to the higher state, in which abstract ideas are conveyed by appropriate words and signs. When an idea is once formed by outward objects, and a word formed representing that idea, it is then no longer necessary, or desirable, that the object which first originated the idea should longer be associated in the mind with the idea itself. It is even true that the import, of abstract ideas suffers from a co-existence in the mind, of the abstract thought with the idea of the object which originated it. Thus the word spirit now conveys a distinct idea to the mind of pure spiritual existence; but the distinctness and power of idea are impaired, by remembering that the word from which it was derived, originally signified wind, and that the word itself was originated in the first place by the wind. So in other cases; although the ideas of abstract and spiritual things can be originated, primarily, only from outward objects, yet when they have been originated, and the spiritual idea connected with the sign or word conveying its proper sense, it is desirable, in or-

fiat, non tamen nobis negligendum est in propria hujusmodi vocabulorum perscrutanda significatione, ita ut semper ad primariam vocis significationem redeundi nobis instet necessitas, accuratam si velimus cognoscere vocis significationem. His vero omnibus scite perpendis, scriptoris ratione consilioque, quod sibi habeat propositum, rite animadversis, contexta loci oratione et verborum ordine diligenter observatis, aliisque auxiliis hermeneuticis invocatis, necessario sic demum apparatu nobis instructus videtur unusquisque interpres, qui ad hunc indagandum locum accedat.

Hisce igitur breviter indicatis, viam nobis paratam habemus ad mentem Pauli exponendam ejusque de *πρωτότοκω* notionem indagandam.

Vocabulo autem *πρωτότοκος* non prima vocis significatione Paulum uti, neque tertium quoddam adhibere comparationis, sed peculiari prorsus sensu illud Filio assignare, ut illi soli competat et in eum possit conferri, in anterioribus contendimus.

In hujus autem vocabuli significatione indaganda, non parvo nobis usui erit, de propria origine hujus apud Paulum obvii vocabuli primum diligenter inquisivisse. Rationem, quam interpretatio historico-

der to their greatest force and perspicuity, that their connexion with materiality should be broken off in the mind. — In all written languages, this advancement from one stage of perfection to another, by the addition of abstract ideas, can be traced; and experience teaches, incontrovertibly, that the advancement of human language, as above described, and the advancement of human society, are dependent upon each other." *Philosophy of the plan of Salvation*, p. 66—67.

grammatica indicat, sequentibus, primum in hujus verbi usum apud Paulinae aetatis scriptores inquirendum nobis est; qua quaestione instituta, proprium id temporis hujus vocis usum fuisse inveniemus, minime vero a Paulo hanc peculiari sensu et ad naturam indicandam divinam excogitatum fuisse vocem *πρωτότοκος*, quod quidem ex documentis constat permultis ¹⁾. Nec mirum. Siquidem in V. T. hujus propriae significationis jam inveniuntur vestigia, in quo scilicet non primario aut vulgari occurrit sensu; cf. Ps. XIC: 27, Job. XVIII: 30, Jesaiae XIV: 30. Etiam ad Israel refertur et Ephraim cf. Exod. IV: 22, Jer. XXXI: 9. Hinc derivasse videntur scriptores Rabbinici sensum peculiarem vocabuli *בְּכוֹר*, quo ad Messiam hoc accommodent. Ita eodem sensu Regem Messiam dici *בְּכוֹר* Ps. LXXXIX: 27 Rabbi Nathan asserit, quo Israel Ex. IV: 22 ²⁾. Rabbi Jos. Bechai Deo soli contendit hunc competere titulum sanctum ³⁾.

1) "Er gehört nämlich mit zu dem Cyklus von Benennungen, mit welchen man den sich offenbarenden Gott, den Offenbarer, bezeichnete, und ist also ganz so viel als *εἰκὼν*, oder *λόγος*, oder *ὕδης*, oder *σοφία τοῦ Θεοῦ*; es ist dabei nur eine andere Seite des göttlichen Urwesens aufgefasst, wonach sich der Ausdruck gebildet hat oder woraus er entstanden ist. Diess geht deutlich aus denjenigen Schriftstellern hervor, welche zur Bezeichnung jener religiösen Grundwahrheit, die sie aus dem Judenthum oder sonst woher, obwohl mit Zusätzen ihrer eigenen willkürlichen Spekulationen, aufgenommen hatten, sich dieses oder eines ganz ähnlichen Ausdrucks bedienen" Bähr.

2) Cartwright, *Mellific. Heb.* lib. III. Cap. V.

3) In Exod. XIII: 11 seqq.

Itaque hoc vocabulum eatenus Deo accommodat, quatenus omnium est creaturarum principium et auctor. Messiam quoque, divinae naturae habita ratione, principium creaturarum dicunt Dei (בְּכוֹר שֶׁל מְקוֹם)¹⁾. Omnium autem clarissime id docent loci apud Philonem exstantes plures. Inter ea enim vocabula numerandum esse *πρωτότοκος*, quibus divinam ille indicat naturam, ut *λόγος*, *υἱός*, *εἰκὼν*, *σοφία τοῦ θεοῦ*, *ἀρχὴ* et *πρωτόγονος* (i q. *πρωτότοκος*), satis constat²⁾. Non est autem cur pluribus indicemus exemplis, vocabulum *πρωτότοκος* Pauli aetate sensu non primario, sed valde peculiari in usu fuisse, neque illud a Paulo fuisse excogitatum³⁾.

Ea vero observatione veram Pauli de *πρωτότοκω* doctrinam probare non possumus, quia suis ipsorum speculationibus saepe vanis implebant hoc doctrinae caput scriptores laudati. Nam vocabulum tantum, non doctrinam ex suae aetatis sermone theologico hausit

1) Cf. Sohar. Gen. Fol. 77. Col. 303.

2) Cf. Philo. *de Conf. Ling.* p. 391: “*καὶ μηδέπω μέντοι τυγχάνη τις ἀξιόχρεως ὡς υἱὸς θεοῦ προσαγορεύεσθαι, σπουδαίε κοσμεῖσθαι κατὰ τὸν Πρωτόγονον αὐτοῦ Λόγον, τὸν ἄγγελον πρεσβύτατον, ὡς Ἀρχάγγελον πολυώνυμον ὑπάρχοντα· καὶ γὰρ Ἀρχὴ, καὶ ὄνομα θεοῦ, καὶ λόγος, καὶ ὁ κατ’ εἰκόνα ἀνθρώπου καὶ ὄρων Ἰσραὴλ προσαγορεύεται. — καὶ γὰρ εἰ μήπω ἱκανοὶ θεοῦ παῖδες νομιζέσθαι γεγόναμεν, ἀλλὰ τοι τῆς αἰδίου εἰκόνης αὐτοῦ λόγου τοῦ ἱερωτάτου. θεοῦ γὰρ εἰκὼν, λόγος ὁ πρεσβύτατος. — p. 329. τοῦτον μὲν γὰρ πρεσβύτατον υἱὸν ὁ τῶν ὄντων ἀνέτειλε πατὴρ, ὃν ἐτέρωθεν Πρωτόγονον ὠνόμασε· καὶ ὁ γεννηθεὶς μέντοι μιμούμενος τὰς τοῦ πατρὸς, πρὸς παραδείγματα ἀρχέτυπα ἐκείνου βλέπων ἐμέμφου εἶδη.”*

3) Plura referre qui velit, in rei confirmationem plures invenit citationes apud Bähr, a. h. l.

Paulus. Hoc autem magni ducimus momenti ad nostram illustrandam sententiam aliorumque errores evitandos, Paulum, aequae ac suae aetatis scriptores alii, vocabulum *πρωτότοκος* non vulgari aut primaria adhibuisse significatione, sed potius peculiari sensu.

Vocabuli apud Paulum origine ita indicata, nunc de vera ejus hoc loco videamus significatione. Paulus certe, ut suam de Filio indicaret notionem, nullum invenire profecto potuit vocabulum tam aptum tamque congruum, quam illud *πρωτότοκος*. Notionem autem rei vocabulo anteriorem fuisse non dubitamus; neque dubium est, quin imperfecta ratione hoc vocabulo apostoli indicetur mens. Quo igitur sensu accipiendum sit, ipse sequenti sectione accurate indicat Paulus, qua hujus vocabuli Paulinam habemus interpretationem, cum ea sectione doctrinam suam a suae aetatis scriptorum philosophia sejungendam esse, diserte edocemur. *Πρωτότοκον* enim omnium creaturarum Creatorem, totiusque mundi principium esse memorat, siquidem omnia per eum creata sint.

Verum enimvero vocabulum illud, ex aequalium sumtum terminologia, qua ratione adhibuerit Paulus ac quam significatione si rogas, ex ipsa contexta oratione, consilioque, quo hanc de Filio exponit doctrinam, uberius efficiendum censemus. Ex hujus enim epistolae argumento videmus, eo imprimis spectasse, ut videtur, pseudo-apostolorum fallacias, ut, quum per angelos ad Deum aditum comminis-

cerentur, Christo locum adimerent supremum¹⁾. Christum igitur omnium esse principium demonstrare vult, hoc praecipuum est scriptoris consilium, ut ex tota hac satis patet pericope. Huc enim tendit apostolus, hic praecipuus rei est cardo, ut lectoribus liquido demonstraret, Filium esse ἐν πᾶσι πρωτεύων s. 18, eaque ratione in eum competere nomen titulumve πρωτότοκον. Filius igitur dicitur πρωτότοκος, quatenus primatum tenet, atque omnium princeps et caput est, eadem ratione, qua dicitur ἡ ἀρχὴ κτίσεως Apoc. III: 14, ubi eandem habemus Paulinam notionem, per ἀρχὴν expressam. In singulis vero inquirendis ac comprobandis, infra, sequentes interpretaturi sectiones, versabimur²⁾.

Ad Filii indicandam provinciam, propterea affirmat illum esse et omnium creaturarum principium atque auctorem, et ecclesiae corporis sui caput, quia Deo placuit ut in ipso omnis inhabitaret plenitudo. Utramque hanc, quam Filio assignat provinciam, eodem indicat vocabulo πρωτότοκος. Diversa enim Filii nomina, diversa quoque ratione usurpari de Filio, per totam animadvertimus sacram scripturam. Sic hoc quoque loco notio Paulina differt a

1) Sunt autem, qui vocabulum a falsis inter Colossenses doctoribus adhibitum fuisse contendunt. Hac de re vero nihil certi statuendum est, siquidem in tenebris lateat.

2) Satis ingenue sect. 16 expositionem praecedentem facit Huther, ut vero inde τοῦ πρωτότοκου evadat notio.

notionibus, aliis locis diversis Filii nominibus expressis. Ut enim inter se differunt *λόγος*, *μονογενής*, *υἱὸς τοῦ θεοῦ*, *χρῖστος*, *Ἰησοῦς*, sic aliter dicitur *πρωτότοκος*. Quae omnia relativa semper ratione Dei Filii indicant naturam. Quum vero ab humanis sumantur necessitudinibus vocabula, quae ad Filium accommodant scriptores, non prorsus igitur negligenda est grammatica, in vera indaganda nominum significatione. Hoc et de nostro valet vocabulo *πρωτότοκος*. Significatio enim historica, qua sensim in Christum fuit translatum nomen, non a significatione etymologica prorsus est aliena, sed ea nititur.

Neque igitur sufficit sola grammatica interpretatio, quia non genitus hic dicitur Filius, nec creatus; neque historica q. d. sola, quia Paulus non tradit Philonis doctrinam. Priusquam vero ad diversas pergamus recensendas interpretum sententias, quo et nostram probemus, necesse est, ut ostendamus aliis de *πρωτοτόκῳ* in N. T. et imprimis Pauli enunciatis congruere nostram interpretationem. Quum autem suo loco fusius ostendemus locorum concordiam, hic admodum breviter versabimur.

Loci Paulini de *Πρωτοτόκῳ* qui exstant, habentur tantum hujus capituli sect. 18 et Rom. VIII:29. Ad omnium autem de *πρωτοτόκῳ* agentium locorum ét Paulinorum ét aliorum interpretationem viam hic locus monstrat, si recte ad eorum adhibeatur expositionem. Eadem enim dicendi ratio ac hoc loco sect. 18 exstat, ubi habetur *Πρωτότοκος ἐκ τῶν νεκρῶν*, modo

ad mortuos ea refertur. Siquidem infra interpre-
tanda nobis venit illa sectio, sufficit memorasse,
Paulum eandem hic indicare necessitudinem cum
mortuis, quae Christum inter et omnes intercedit
creaturas. Sicuti enim illum omnium rerum nominaverat
principium, sic eandem innuit notionem, ratione habita
ecclesiae et mortuorum, quod per idem indicat voca-
bulum, novae creationis principium eum praedi-
cans et caput. ¹⁾ Non autem dicitur *πρωτότοκος*, quia
ipse et primus quidem ex mortuis resurrexit, quod
ét ex contexta animadvertere licet oratione, ubi eadem
dicitur sect. *κεφαλή, ἀρχή, πρωτότοκος*, ét ex vocabuli
notione, modo sectt. 15, 16 exposita. Eodem plane
sensu dicitur *πρωτότοκος τῶν νεκρῶν*, Apoc. I: 5, ubi
simul dicitur *ὁ ἀρχῶν τῶν βασιλέων τῆς γῆς*. Porro
pulera hoc loco obtinet cum praecedentibus analogia,
qua ille eodem vocatur sensu eademque ratione mor-
tuorum *πρωτότοκος*, ac s. 15, qui eorum resurrectio-
nis causa sit, cf. 1 Cor. XV; prouti enim sua potestate
omnium creaturarum est principium, ita sua resur-
rectione mortuorum resurrectionis est causa. Vocabu-
lum autem *πρωτότοκος* hic ex ejus cum creaturis ne-
cessitudine (sectt. 15, 16) derivandum contendimus ²⁾.

1) Mortuorum enim resurrectio, ecclesiae est redintegratio.

2) Non igitur possumus consentire Cl. Scholten, qui inverso ordine
explicare videtur: "Eerst in Christus verkrijgen de abstracte en onza-
menhangende ideën der gnostiek eenheid en werkelijkheid. In hem woont
alle volheid (van God) ligchamelijk (*σωματικῶς*) I: 19. II: 9, d. i. zij

Eadem quoque ratione dicitur *πρωτότοκος ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς* Rom. VIII:29. Ibi enim Dei electionis finis esse dicitur, ut ejus imagini fiamus conformes, utque ille multos inter fratres esset *πρωτότοκος*. Sic ibi quoque optime convenit cum contextu et scriptoris satisfacit consilio. Denique magis minusve indefinito sensu vocabulum *πρωτότοκος* usurpatur Hebr. I:6, "Ὅταν δὲ πάλιν εἰσαγάγῃ τὸν πρωτότοκον εἰς τὴν οἰκουμένην. Ibi κατ' ἐξοχὴν Filius dicitur *πρωτότοκος*, et quam tandem sequamur interpretationem, pulcre certe orationi congruit nostra vocabuli expositio ¹⁾).

bestaat niet abstract, maar beligchaamd of werkelijk in Christus. Als zoodanig is hij met de gemeente verbonden als het Hoofd met het ligchaam I:18. Uit kracht van die gemeenschap is hij *ὁ πρωτότοκος*, d. i. het Hoofd en de voornaamste, niet slechts gelijk Rom. VIII:29 onder vele broederen en onder allen, die van de dooden wederkeeren (*πρωτότοκος ἐκ τῶν νεκρῶν*) Kol. I:18, maar ook van al het geschapene (*πρωτότ. πάσης κτίσεως*) I:15 vgl. Openb. III:14, als 't welk *in* hem (*ἐν αὐτῷ*), *door* hem (*δι' αὐτοῦ*), en *tot* hem (*εἰς αὐτόν*) d. i. ter zijner verheerlijking door God geschapen is en voortbestaat (*συνέστηκε*), zoodat hij in de idee of het plan der schepping de prioriteit vóór al het overige heeft (*ἔστι πρὸ πάντων*, verg. Openb. III:14) en dus in alles den eersten rang inneemt *ἐν πᾶσι πρωτεύει*." Cf. *Historisch-Kritische Inleid. tot de Schr. des N. T.* p. 259. — Non solum Cl. Scholten non consentimus, quia e *πρωτ.* s. 18 ad *πρωτ.* s. 15 concludit; sed etiam illa ejus argumentatio non recte procedere nobis videtur: "Als zoodanig is hij met de gemeente verbonden, als het Hoofd met het ligchaam I:18. Uit kracht van die gemeenschap is hij *ὁ πρωτότοκος*, d. i. het Hoofd en de voornaamste, niet slechts maar ook van al het geschapene (*πρωτότ. πάσης κτίσεως* I. 15)." Quod huc redit: "Uit kracht van die gemeenschap (cum ecclesia scilicet) is hij *πρωτότοκος πάσης κτίσεως*."

1) Nostra igitur lingua, vocabulum *πρωτότοκος* potius vertendum, non

Vera igitur hujus loci proposita interpretatione, jam progredi possemus ad plures indagandos locos, de hoc doctrinae capite in N. T. obvios. Eam quoque interpretandi, quam secuti sumus, rationem Johanneae accommodare logologiae, operae esset pretium, sed disquisitionis nostrae excederet argumentum.

Probandum igitur nobis restat, eam quam proposuimus interpretationem, esse veram neque temere excogitatam. Quod ut fiat, varias dissentientium sententias refutemus necesse est: quorum alii *historicum* secuti sunt interpretandi modum in voce *πρωτότοκος* totiusque hujus loci sensu explicandis, alii vero *grammaticum*.

De historico interpretandi modo primum verba faciamus. Inter eos qui hanc viam ingressi sunt in sua interpretatione, recensendi sunt Calovius, Estius, Wolff, Bähr, Steiger, Olshausen, Huther, aliique, qui, fere omnes *πρωτότοκος* eodem modo ac *εικών*

solum explicandum ducimus per "Eerste." Vocabulum enim "Eerstgeborene" lingua Belgica primariam tantum vocis *πρωτότ* significationem indicat, quae per Latinorum "primogenitus" exprimitur; "Eerste" vero utramque vocis affert notionem. Sic alii per "Eerstgeborene" (primogenitus), alii per "Hoofd" (principium, caput) explicant, non vertunt vocabulum Graecum *πρωτότοκος* "Geboren" porro perversum indicat vocabuli sensum, scriptoris menti contrarium et a vocabuli sensu indicato alienum. Nunquam Paulus certe illud adhibuisset vocabulum, nisi a geniturae notione remotum. Idem quodammodo valet in Johannea vertenda voce *μονογενής*, quippe quae reddenda sit non per, "eeniggeborene," sed per "eenige Zoon."

explicantes, utrumque vocabulum ad τὸν λόγον ἀσάρκον referri debere statuunt.

Ita vocabula εἰκῶν et πρωτότοκος non alia atque historica via recte posse explicari, affirmat Bähr¹⁾. Steiger vero eandem sequens rationem, grammatico quoque vocis sensu suam fulcire studet sententiam. Neque tamen statuere ausus est omnibus a partibus duo ista vocabula similia esse, neque in vocis interpretatione omnem necessitudinem inter πρωτότοκον negavit atque Christum q. d. historicum²⁾. Eandem fere viam ingressus Olshausen, suam sententiam ut confirmaret, ad Philonis de τῷ λόγῳ provocat doctrinam. Huther denique quum grammaticum vocis sensum non plane neglexerit, ad Philonis quidem λόγου referendam illam esse dixit³⁾.

1) "Dieser und der folgende Ausdruck (Πρωτότοκος), mit welchen der Ap. das Verhältniss Christi zu Gott bezeichnet, können nicht aus dem allgemeinen Sprachgebrauch erklärt werden. Während sie nämlich nach diesem verschiedene Auslegungen zulassen mögen, kann hingegen, wenn man die damalige Bezeichnungsweise gewisser relig. Ideen berücksichtigt, nur Eine als die allein richtige erwiesen werden." "Von dieser geschichtlich begründeten und deshalb unumstösslichen Erklärung aus muss jede andere beurtheilt werden. Denn es fragt sich ja nicht, was der Ausdruck an und für sich der Grammatik oder Etymologie nach all bedeuten kann, sondern nur, was der Ap. damit sagen wollte, welchen Sinn er damit verband," a. h. l.

2) Steiger, p. 142: "Zweifelhafter ist dagegen: 1) in wie weit die εἰκῶν und der πρωτότοκος unter sich als verschieden und inwiefern als identisch gefasst wurden, und 2) wie man sich das Verhältniss Beider zum historischen Erlöser dachte."

3) „Dadurch das auch dieser Ausdruck zu dem Cyklus der verschiede-

Fundamentum hujus interpretationis non valere jam ex eo cernitur, quod loquatur hoc loco scriptor, neque de statu in quo versatus fuerat ὁ λόγος ante adventum ejus in mundum, neque de illo carne vestito; sed de Christo, qualis nunc est in coelis ad Patris dexteram. De illo enim omnia fere valent epitheta, quae sect. 15, 16 occurrunt. In eo igitur errant laudati interpretes, quod referant ea duntaxat ad τὸν λόγον ἀσάρκον. Negligunt enim ἔστιν in praesenti, quo Christum talem proposuit scriptor, qualis nunc est, minime vero qualis olim fuit (cf. sect. 13, 14). — Porro majorem quam par est, necessitudinem quaerunt inter Pauli atque Philonis de τῷ λόγῳ doctrinam. Paulus enim, eorum judicio, suam de πρωτοτόκῳ doctrinam a Philonis derivatam habet philosophia, ita ut cum vocabulo quodammodo etiam acceperit doctrinam. Quamquam ipsum exposuisse suam de πρωτοτόκῳ doctrinam illi consentiant, eorum tamen interpretatio in illum errorem non incidere non potest. Nostra autem vocabuli expositio satis indicat a Philonis erroribus purum se servasse apostolum, propriam suam tradentem sententiam, ita ut nulla sit necessitas hoc unice ad τὸν λόγον ἀσάρκον referendi. Praeterea hoc etiam animadvertendum, multos hanc rationem interpretandi secutos fuisse, qua eos rationem grammaticam unice qui probant facilius oppugnare

nen Benennungen des Logos gehört, um die Präexistenz desselben vor aller Schöpfung dadurch zu bezeichnen," etc. a. h. l.

possint, ut ipse satis ingenue profitetur Bähr, qui, quoad grammaticam, justam pronuntiat interpretationem Arianam. Propterea ad illam decurrere profitetur interpretationem, non adeo argumentorum pondere ductus, quam quidem ut aliorum errores evitet. Historicam igitur interpretationem non magnopere esse laudandam ob rationes a nobis allatas, satis constare putamus.

Sed ab altera parte dicendum nobis est de interpretibus iis, qui grammaticum sequuntur interpretandi modum. Ariani imprimis hic in censum veniunt, qui quum Christum faterentur Deum atque Dei Filium esse, quo consensum aliquem cum aliis simularent, sua tamen ratione explicare solebant formulas etiam ab aliis adhibitas ¹⁾. Christum enim creatum esse et initium habuisse ut reliquae creaturae, imo primam esse creaturam, ex hoc loco probari contendunt. Πρωτότοκος πάσης κτίσεως esse nequit, sic affirmant, nisi ipse sit creatus, nisi sit κτίσις; licet jam pridem exstiterit. Postquam vero ipse a Deo creatus fuit, Deum omnia per eum creasse contendunt. Πρωτότοκος autem dicitur ex eorum sententia, quia primus est inter creaturas factus, ut ipsum docet vocabulum, imo imprimis, ut volunt, hoc docemur loco,

1) "Doctrina Arii huc redit: aeternitatem τοῦ λόγου negavit; Principem omnium rerum, a Deo creatam, Eum dixit, creatam a Deo ante mundum conditum (ἐκ τῶν μὴ ὄντων). Per Eum Deus omnia creavit. Hinc dicebatur πρωτότοκος, λόγος, Dei filius, sapientia divina, ipse Deus." Royaards, *Comp. Hist. Eccl. Christ.* I. p. 120.

Filium initium habuisse et fuisse creatum. Πρωτότοκος igitur dicitur temporis ratione habita. Quam interpretandi viam sequitur quoque Usteri¹⁾. — Mirifica porro intercedit hac in re similitudo inter Arianos atque eos, qui hodie scholam q. d. Groninganam sequuntur, qui suam de Christo doctrinam ut probent, interpretationem amplectuntur haud dissimilem²⁾. Non opus videtur rursus ut adducamus omnia,

1) "Er heisst *der Erstgeschaffene aller Creaturen*. Denn dass *πᾶσα κτίσις* die neue Anstalt des Christenthums bezeichne, und unter *Πρωτότοκος* der Erste, Vortrefflichste, Ausgezeichnetste dieser moralischen Herrschaft gemeint sei, wie noch der neueste Ausleger dieses Briefes dafür hält, verdient kaum eine Widerlegung. Christus ist also selbst eine *κτίσις* Gottes, aber die Erste von Allen." l. l. p. 300.

2) Pareau et Hofstede de Groot, *Comp. dogm. et Apol. Chr.* p. 92 sqq.; imprimis Meijboom in opere *Leven van Jezus*, I. p. 48, et omnium clarissime in libello Dr. Doedes *aanval op Prof. Hofstede de Groot beschouwd en toegelicht*, pag. 23, 24, ubi: "Geldt het niets," inquit, "wanneer wij van Paulus, Col. 1 : 15, vernemen, dat Jezus Christus is *de eerstgeborene der geheele schepping*? Daar wordt zoo duidelijk gepredikt, als immer kan, dat Christus bestaan eenen aanvang heeft gehad. Dat wordt ook wel naar alle regelen van ons denkvermogen verkondigd op iedere plaats, waar Christus *de Zoon* genaamd wordt, of waar van den *eengeborene* sprake is; een *geborene* toch, een *zoon*, beteekent of iemand, die een begin des levens gehad heeft, en in 't leven is getreden door den Vader, nadat de Vader eerst eenen tijdlang zonder Zoon heeft geleefd — of het beteekent niets. Maar zóó duidelijk als in de aangehaalde woorden van Paulus een begin van het leven des Zoons wordt verkondigd, geschiedt dit misschien nergens anders. Want is Hij de eerstgeborene der geheele schepping, dan staan naar alle regelen van logica en uitlegkunde de navolgende punten vast:

Voorerst, dat Hij geboren is, zoo goed als de geheele schepping is geboren; ten tweede, dat het woord *schepping* moet worden opgevat in zulk

quae contra hanc sententiam variis temporibus sunt prolata. Sufficiat igitur memorare, hermeneuticis eam contrariam esse regulis, ipsamque contextam negligere orationem. Christum enim Paulus hic prae omnibus extollit, atque omnium rerum creatorem praedicat, *πάσης κτίσεως* principium atque finem, *ἐν αὐτῷ*, *δι' αὐτοῦ καὶ εἰς αὐτὸν* omnia sunt creata, quibus rebus creatis Christus opponitur. Si enim ipse esset creatus, aut ipse se creasset, aut non omnia per eum creata essent. Quomodo igitur recte eodem ab Arianis et Groninganis poneretur ordine cum reliquis creaturis, temporis tantum et operum ratione habita ab his diversus? 1) Praeterea de Filii genitura si intelligant *πρωτότοκος*, quia primus inter creaturas genitus esset, quomodo, quaeso, *μνηογενής* (Joh. I:14, alibi) diceretur, qui unicum certe indicat Filium? Unicus enim et unigenitus, eodem Graecis dicitur vocabulo 2).

eenen zin, dat ook Christus zelf tot haar gerekend worden kan; derhalve niet alleen van de stoffelijke, onbezielde, maar ook van de bezielde, geestelijke schepping;

ten derde, dat onder al wat tot die schepping behoort, Christus het eerst in het leven getreden is, zijn leven vroeger dan al wat verder tot de schepping behoort, van den Vader heeft ontvangen." Quae copiose atque satis refelluntur in opusculo *Drie brieven aan Dr. Meijboom*, door Dr. Doedes, p. 45—52.

1) "In tijdsorde derhalve en in bestemming en in werkzaamheid, bekleedt de Christus volgens Paulus de eerste plaats en wordt door niemand geëvenaard." Cf. Meijboom, *leven van Jezus*, t. I. p. 49.

2) Cf. Doedes, *drie brieven aan Dr. Meijboom*, p. 45—46: "Een geborene" zegt gij; "maar de Heer Jezus wordt nergens een *geborene*

Quum igitur Johannes et Paulus a creaturis Filium distinguunt eumque illis opponunt, eundem atque creaturis ordinem Filio assignant viri memorati, licet paucis tantum ab iis diversum. Grammatica quidem dicitur haec interpretatio, revera autem grammatica non est ¹⁾).

genoemd. Hij wordt in het Grieksch de *eengeboren Zoon* genoemd. Zou ik van u mogen weten, welk bijvoegelijk naamwoord men in het Grieksch gebruiken moet, om uittedrukken wat wij bedoelen met ons *eenige* zoon, *eenige* dochter, *eenig* kind? Voor ons *eenig*, in verband met zoon, dochter of kind, gebruiken de Grieken immers *μονογενής*, woordelijk wel overgezet: *eengeboren*, maar eigenlijk gelijkkluidend met ons *eenig*. Heeft de Heer nu Grieksch gesproken en zich als den "eenigen Zoon" van God kenbaar willen maken, dan heeft Hij van zich, als van den *υἰόν τοῦ θεοῦ τὸν μονογενῆ* moeten spreken, zonder dat in dit *μονογενῆ* opgesloten ligt wat gij uit ons hollandsch geborene afleidt."

1) De hujus interpretationis contradictione recte monuit Steiger: "daraus folgt aber nicht die Gleichartigkeit des *τῶκος* mit der *κτίσις*, welche die Arianer annahmen. Sonst liesse sich ja eben so leicht schliessen, dass die *πᾶσα κτ.* als gezeugt oder geboren gedacht werden müsse, als *δευτερότοκος*, und wer sollte dann Recht haben mit seinem Schlusse, die bornierte Creations-theorie der Arianer oder der phantastisch-mystische Emanationspantheismus? Aber, leugnet P. etwa mit seinem *πρωτότοκος* den *μονογενής* des Johannes, Den, welchen er selbst in eminentem Sinne *τὸν υἱόν κτλ.* nannte? S. oben V. 3. 13. Also, was Jeder aus seiner Muttersprache wissen kann: "der Erstgeborene eines Hauses" sagt nicht, dass die übrigen Glieder des Hauses auch Kinder des Hausvaters seyen." Et Huther: "allein sie widerstreitet offenbar dem Zusammenhange, denn ist nach V. 16 die Gesamtheit des geschaffenen Seins in Christus geschaffen worden, so kann Paulus ihn selbst doch füglich nicht als einen Theil von jenem ansehen. Man könnte ferner auch davon ausgehen, dass der *πρωτότοκος* in der Familie der Erbe des gesammten Hauswesens war, oder davon, dass derselbe die höchste Würde in dem Hause besass und daraus den vorliegenden Ausdruck be-

An recte porro vocis *πρωτότοκος* explicuerint notionem, si quaesiveris, hoc quoque nomine errore eos teneri mox patebit. Praecipuum enim loci argumentum est ut ostendatur, Christum *ἐν πᾶσι πρωτεύειν* (s. 18), quod honoris gradum atque eminentiam spectare satis constat. Huic igitur scriptoris consilio prorsus non congruit illorum interpretatio. Opportune enim monuit Harting *nihil laudis ejusmodi interpretatione conferri in Christum*, quin etiam contrarium reddi creationis ordinem¹⁾. Si vero id exprimere atque indicare voluisset scriptor, quod vult Arianorum interpretatio, verbo *πρωτόκτιστος* vel *πρωτόπλαστος* Paulus uti debuisset. Sic diserte docemur, talem hoc quidem loco interpretationem admitti non posse. Jure ergo miramur, quod nostra quidem aetate reversi sint nonnulli ad interpretationem jampridem rejectam.

stimmen; allein das Eine wie das Andere würde dem Zusammenhange, in welchem der Ausdruck hier vorkommt, zuwiderlaufen; diesem gemäss muss derselbe vielmehr so gefasst werden, dass Christus von der *πᾶσα κτίσις* unterschieden wird."

1) "En zulks te meer, daar wij bezwaarlijk kunnen bevroeden, wat door genoemde uitdrukking, in de beteekenis van *het eerst* geboren, tot verheerlijking van den Zoon zou zijn bijgedragen. Reeds de scheppingsgeschiedenis toch kan ons leeren, dat er in den rij der geschapene wezens juist eene omgekeerde orde heeft plaats gevonden, zoodat het laagste het eerst, het hoogste en verhevenste daarentegen het laatst tot het aanzijn is geroepen. Door de benaming *πρωτότοκος*, indien wij haar zóó hadden te verstaan, zou dus, in lijnregten strijd met des Apostels kennelijke bedoeling, niets wezenlijks aan de waardigheid van Gods Zoon zijn toegevoegd." *Jaarb. v. Wet. Theol.* Dl. XIII. p. 176.

Illam Arianorum qui improbant vocis interpretationem, et grammaticam quidem amplectuntur, Ebrard, Meijer, alii, propriam tamen ejus negligunt significationem, quippe qui Filium opponant iis, quorum ille dicitur primogenitus. In vocabulo enim *πρωτότοκος* explicando, inter ea discernunt, quae creata sunt, atque Filium, quem *genitum* contendunt. Ad unam igitur vocabuli partem (*τοκος*) referentes, alteram negligunt (*πρῶτος*), quo eodem ac creaturae poneretur ordine. Discrimen autem ut indicarent Filium inter et creaturas existere, aetatis periodo illum ab his distinguunt; res ipsa tamen non mutatur ¹⁾. Omnia

1) Cf. Ebrard, *Christl. Dogm.* I. p. 153. "Der Ausdruck *πρωτότοκος* zwar ist noch unbestimmt, und könnte an sich ebensowohl "Erstling, erstgeborener unter aller "Kreatur" als "Vor aller Schöpfung erzeugter" heissen. Wie dieser noch unbestimmte Ausdruck aber zu verstehen sei, zeigt deutlich der Explicativsatz V. 16—17. Ist "alles im Himmel und auf Erden" ἐν τῷ υἱῷ τοῦ θεοῦ geschaffen, so ist alles zeitliche in ihm geschaffen; so ist er selber doch wohl schwerlich ein Theil dieser Sphäre, ein unter der Zeit stehender; die Zeitsphäre kann doch nicht wieder in einer Zeit geschaffen sein; (wie denn überhaupt schaffen der Ausdruck dafür ist, dass Gott in Ewigkeit Dinge will;) der Sohn Gottes ist also nicht ein Geschaffenes, sondern ein Lebensakt im Schöpfer. Darum nennt ihn auch Paulus nicht den Erstgeschaffenen, subsummirt ihn nicht unter die Kategorie des Geschaffenwerdens, sondern den Erstgeborenen und subsummirt ihn so zusammt der Creatur unter die Kategorie des göttlichen Zeugens und Hervorbringens im weitesten Sinn. Und hernach unterscheidet er das vorzeitliche Erzeugtsein des Sohnes von dem Erschaffensein der Zeitsphäre vom Vater durch den Sohn." Meijer a. h. l. "Erstgeborener Jeder Creatur, d. h. vor jeder Creatur geboren, — ehe noch irgend etwas Geschaffenes da war, zur (persönlichen) Existenz gekommen

praeterea hic valent argumenta, quibus grammaticam refellere conati sumus vocis interpretationem.

Porro ad grammaticam rationem referenda quoque videtur eorum interpretatio, qui comparationem quandam hoc loco contineri putant. Iis annumerandi sunt van der Palm¹⁾, Doedes²⁾, van Heynin-

Der Genitiv. *πάσης κτίσεως* ist nicht Genit. partitiv. (obwohl diess noch de Wette für unzweifelhaft hält), weil *πάσα κτίσις* nicht die ganze Schöpfung heisst, mithin nicht die Kategorie oder Gesamtheit aussagt, zu welcher Christus als ihr erstgebornes Individuum gehöre (es heisst: *jedwedes Geschöpf*; vgl. z. *πάσα οικοδομή* Eph. 2:21. p. 110), sondern es ist der Genit. comparat.: der Erstgeborne in Vergleich mit jedem Geschöpfe (s. Bernhardt Syntax p. 139), d. h. eher geboren als jedes Geschöpf. Anders ist das Verhältniss Apoc. 1:5. *πρωτότοκ τῶν νεκρῶν*, wo τ *νεκρ.* die Kategorie anzeigt, vgl. *πρωτότοκ. ἐν πολλοῖς ἀδ.* Rom. 8:29. Unser Genit. ist ganz zu fassen wie der vergleichende Genit. bei *πρώτος*, Joh. 1:15, 30. Winer Gramm. p. 283. Fritzsche ad Rom. II. p. 421. Das Vergleichungs-Moment ist das Verhältniss der Zeit, und zwar in Betreff des Ursprungs; da aber letzterer bei jeder *κτίσις* anders ist als bei Christo, so ist nicht *πρωτόκτιστος* oder *πρωτόπλαστος* gesagt, welches von Christo eine Gleiche Art der Entstehung wie von der Creatur prädiciren würde, sondern *πρωτότοκος* gewählt, welches in der Zeitvergleichung des Ursprungs die absonderliche Art der Entstehung in Betreff *Christi* anzeigt, dass er nämlich von Gott nicht *geschaffen* sei, wie die anderen Wesen, bei denen diess in der Benennung *κτίσις* liegt, sondern *geboren*, aus dem Wesen Gottes gleichartig hervorgegangen."

1) "Niet de eerstgeschapene, maar die den hoogsten rang en de hoogste waardigheid bekleedt in de gansche schepping, gelijk de eerstgeborene in het huisgezin." a. h. l.

2) Dr. Doedes, *Drie brieven*, p. 48: "Nu zal natuurlijk niemand ontkennen, dat het Grieksche woord, in onze taal door eerstgeborene overgezet, eigenlijk iemand aanduidt die het eerst gebaard is. Maar niemand zal ook naar bewijzen vragen voor de geenszins onverdedigbare

gen¹⁾, alii, qui, vocabulum *πρωτότοκος* per comparationem ex grammatico vocis sensu derivatam explicantes, ad honoris inter creaturas gradum per eum creatas, referunt. Quae quum nostrae fere similis sit sententiae et in eo inprimis, quod per “principium,” “caput,” hujus vocabuli reddat significationem, attamen

stelling, dat dit woord “eerstgeboren” ook de kracht heeft van de eerste in de rij, de eerste in rang, het hoofd, zonder dat daarbij zelfs in de verte aan een werkelijk eerst geboren zijn wordt gedacht. Men denke slechts aan Openb. 1:5, waar de Heer genoemd wordt de eerstgeborene der dooden, *τῶν νεκρῶν*. Dat dit ook bij Kol. 1:15, 16 het geval is, kan ieder zien, die slechts op het redegevend voegwoord “omdat” zijne oogen slaat. Omdat alles in en door en tot Hem geschapen is, is Hij het hoofd der geheele schepping. Dit, dat alles geschapen is in en door en tot Hem verklaart ons, waarom Hij de eerste in rang is, het hoofd.” Pag. 51: “Komt bij u het derde van eene vergelijking niet in aanmerking? Neemt gij bij overdragtelijke spreekwijzen de gewoonte niet in acht, om bij het overbrengen niet meer over te brengen dan in de bedoeling der vergelijking ligt? Waar iemand, die als hoofd wordt voorgesteld, eerstgeborene genoemd wordt, omdat een eerstgeborene onder Israël na den vader het hoofd des huizes was, daar wordt hij immers met dien eerstgeborene vergeleken voor zoover deze het hoofd was, zonder dat al wat den eerstgeborene verder eigen is mag overgedragen worden op hem, die als hoofd de eerstgeborene wordt genoemd.”

1) “De uitdrukking *Eerstgeborene aller schepselen*, die wij hier aantreffen, is ontleend van het onder Israël geldend eerstgeboorterecht, dat in de oudste gewoonten bij den aanvang der vermenigvuldiging des menschelijken geslachts zijnen grond vindt, volgens hetwelk de eerstgeborene zoon, bij den dood des vaders, in deszelfs regten trad en de heer werd van geheel het ouderlijk gezin, zoodat niet alleen al de lijfeigenen, maar ook de jongere broeders aan hem onderworpen werden; zij duidt dus met betrekking tot Jezus Christus niet anders aan, dan, gelijk wij die verklaard hebben, dat Hij is de Heer van allen en van alles.” H. van Heyningen, *Br. aan de Coloss.* p. 23, 24.

non eandem plane ac nostram illam habemus. Historicam enim illi negligunt rationem, quae hic imprimis, ut nobis videtur, nullo modo est negligenda. Vocabulum *πρωτότοκος* ea significatione a Paulo fuisse excogitatum statuunt, non autem ab eo usurpatum, ut suae de Filio notioni illud accommodaret. Porro ex sequenti tantum sectione suam colligunt interpretationem, non aliunde probant. Praeterea vocabulum *πρωτότοκος* aliis N. T. locis obvium, non ex Paulina hujus loci doctrina exponere solent, sed ad primum rursus sensum redeunt, pro orationis tenore alio atque alio modo intelligunt.

Jam vero satis nobis constat primogeniti similitudinem (sicut Hebraeorum *בְּכוֹר*) non per omnia hoc loco quadrare, quamobrem improbanda quoque nobis videtur Hofmanni sententia, etiamsi valde ingeniosa, scilicet, servandam esse similitudinem, quatenus primogenitus necessario sit principium aliorum geniturae. Ea igitur ratione omnium rerum creaturarum existentiae causam esse Christum, indicaretur per *πρωτότοκος πάσης κτίσεως* ¹⁾.

1) Hoffmann, *der Schriftbeweis*, p. 137: "und bezeichnet den so Benannten nicht sowohl nach dem Früher seines Daseyns in vergleich mit dem Daseyn anderer Geborenen, als vielmehr nach dem Früher seiner Geburt in Vergleich mit der Geburt Anderer, indem diese nicht geboren würden oder nicht geboren worden wären, wenn er nicht geboren wäre. Folge dieses Verhältnisses ist seine demselben entsprechende Stellung zu den Anderen. Wenn nun Israël der erstgeborene Sohn Gottes unter den Völkern, David unter den Königen heisst, so ist es die Stellung

Caeterum non minore jure Socinianorum interpretationem, qua ratione perperam hujus loci sensus reddatur, grammaticam dici posse, contendimus. Ad vindicandam enim suam sententiam illi *κτίσις* per novam creationem reddunt. *Πρωτότοκος* enim dicunt unum ex eorum numero, quorum primogenitus est. Christus autem non potest esse unus e rebus pertinentibus ad creationem veterem, quare ad novam creationem pertinere censerī debet, quod huc redit, divinae eum non esse naturae consortem ¹⁾. Sic quoque Grotius: “primus in creatione, nova scilicet;” Heinrich.: “humanum genus, Christiana religione ad novam quandam dignitatem creatum;” alii similiter. Ejusmodi interpretatio revera pugnat cum proxime sequentibus, quae de rebus ethicis explicare coacti sunt, atque grammatico-historicae non congruit interpretationi. Eam ideo improbandam esse cuivis potest constare. Talis etiam *nova creatio* nihil aliud est atque reparatio,

lung des Erstgeborenen zu den Brüdern, nach welcher das Verhältniss Israël's zu den Völkern, David's zu den Königen bezeichnet wird. Alle Völker sind, weil gottgeschaffen, alle Könige, weil von Gott gesetzt, Söhne Gottes zu nennen; aber Israël nimmt unter jenen, David unter dieser die Stellung ein, welche dem Erstgeborenen zukommt unter seinen Brüdern; daher auch beide Sohn Gottes in ausschliesslichem Sinne, aber innerhalb der angegebenen Beziehung, genannt werden.... Also nicht bloss, dass Christus vor allem Geschaffenen ist, auch nicht bloss dass er allem Geschaffenen Daseyn durch ihn vermittelt ist, besagt die Benennung *πρωτότοκος πάσης κτίσεως.*”

1) Vid. Catech. Racov.

qua ratione Christus ipse inter reparatos vel regeneratos censendus esset, quod ipsi recusant. Quomodo, quaeso, sibi constat Grotius, siquidem ad Rom. VIII: 19 recte animadvertit: “Hic κτίσιν (creaturam) sunt qui intelligant Christianos, qui nova sunt creatura; sed ii simpliciter et sine additamento κτίσις non vocantur?” Additamentum igitur κτιστῶν subnecti debuisset (cf. 2 Cor. V: 17), si vera habenda esset eorum sententia.

Cum illa vero arcte cohaeret sententia Schleiermacheriana ¹⁾, qua omnis locus hic ethico explicatur sensu. Κτίσις enim explicat per rerum humanarum oeconomiam atque dispositionem ²⁾. Πρωτότοκος apposite legit, ita ut adjectivum sit, quo sensum reddit: Christum imaginem Dei primogenitam ³⁾. Verborum autem juncturam non convenire cum grammaticae regulis, ex ante dictis jam satis constat; verborum porro interpretationem argumentis niti non satis firmis infra videbimus.

Caeterum non est, quod singulatim eorum diluamus sententias, qui, πρωτότοκος explicantes, eum dicunt praestantissimum in magna Dei familia, ejusque potentissimum dominum ⁴⁾.

Alium denique excogitarunt sensum nonnulli ⁵⁾,

1) In Diario *Studien und Kritiken*, 1832, p. 497—537.

2) *Einrichtung und Anordnung der menschliche Dinge*.

3) *Das ursprüngliche Abbild Gottes*.

4) Nösselt, Justi, Heinrichs, alii.

5) Isidor., Erasmus, Zeger, Michaëlis.

qui, translato accentu in penultimam, legunt *πρωτοτόκος*. Quod si legas, sensus erit: omnium creaturarum illum primum esse genitorem, et omnia ab illo nata esse. *Πρωτοτόκος* vero nusquam apud Graecos usurpatur, nisi de muliere. Inconveniens ejusmodi sane est conjectura, quum mox (s. 18) legatur *πρωτότοκος ἐκ τῶν νεκρῶν*¹⁾. Praeterea hoc vocabulum penultima accentuata, nunquam apud N. T. et raro apud antiquos occurrit scriptores. Omnes denique codices lectionem qui habent accentuatam, *πρωτότοκον* legunt.

Ex supra dictis nostram de *πρωτοτόκω* sententiam satis expositam et dissentientium sententiis refutandis confirmatam putamus. Quamvis nostrae dissertationis conclusio cum aliorum nonnullorum explicatione conveniat, a quorum interpretandi ratione tamen dissentimus, haec ipsa ratio quanti sit momenti B. L. intelligit. Quod inter alia luculenter apparet, quum animadvertimus, quam faciliter et constanter caeteri etiam N. T. loci, ubi idem occurrit verbum *πρωτότοκος*, possint explicari.

S. 16. Operae pretium nobis visum fuit, fusius de his monere. Animadvertendum enim hunc locum unum esse e gravissimis et, ut jam ante diximus, inter difficiliores N. T. numerandum; praeterea hujus

1) Cf. Apoc. I: 5.

loci interpretatio quam maximi esse momenti in doctrina Christiana et Christologia accurate riteque explicanda: quare omnibus, quibus potuimus, argumentis probare voluimus nostram sententiam. Ignoscant igitur lectores, si qui erunt, si justo diutius versati simus in scriptoris mente exponenda. De sequentibus brevius disseremus.

Locus autem, qui nobis interpretandus nunc est, id quod Pauli menti obversabatur, quodque jam erat per *πρωτότοκον* expressum, clarius exponit atque confirmat. *Πρωτότοκος* enim Filius dicitur, quia in ipso creata sunt omnia, *ὅτι ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα*. Etenim si omnia in Christo sunt creata, sponte sequitur, Christum e communi creaturarum causa eximi, qua omnia constant. Non enim ei competere vel in eum transferri possunt ea, quae omnibus creaturis necessario adscribuntur, siquidem originem a Dei Filio trahant, qui propterea *πρωτότοκος* dicitur *πάσης κτίσεως*. Omnia creata esse *ἐν αὐτῷ*, *δι' αὐτοῦ* et *εἰς αὐτὸν* docet Paulus. *Ἐν αὐτῷ* igitur, ut nobis videtur, ita intelligendum est, ut nec causa sit principalis, neque instrumentalis, neque vero exemplaris, sed causa idealis, qua omnium optime hujus particulae (*ἐν*) exprimitur vis. Ubi enim *ἐν* et *διὰ* conjunguntur, haec instrumentalem, illa idealem habet significationem, ut opinamur. Ubicunque vero particula *ἐν* invenitur, particula *διὰ* omissa, illam quodammodo hujus locum tenere putamus, quod exemplis probare in N. T. obviis, nimis a nostro abest argumento. Omnia ita et imprimis

homo aliquatenus suum habent exemplar in Filio, qui ipse est imago Dei (εἰκὼν τοῦ θεοῦ). Non igitur a Filio remota sunt omnia creata, sed aliquam cognationem et necessitudinem cum eo habent¹⁾. Non solum igitur per eum (δι' αὐτοῦ), sed etiam in eo (ἐν αὐτῷ) sunt creata. Omnes enim consentiunt interpretes, verba δι' αὐτοῦ causam indicare instrumentalem, ita ut mundi creationis mediator sit. Per εἰς αὐτὸν omnia ad ipsum creata esse docemur. Filius enim creationis scopus est; mundum ut possideret eum destinavit Pater, quem εἶθκε κληρονόμου πάντων, Hebr. I : 2, cf. etiam Joh. XIII : 3, Eph. I : 22 et alibi²⁾. Perperam

1) Eodem fere redire videtur Hahnii hujus particulæ interpretatio. "Alles Geschaffene, die ganze Fülle des creatürlichen Seins, die Welt sowohl im Ganzen als alle einzelnen Schöpfungssphären, hat ihr Urbild in dem Sohne, ist nur die Verwirklichung dessen, was ideell schon in dem Sohn von Ewigkeit her enthalten war. Indem die Welt geschaffen wurde, wurde sie nicht als etwas ihm Fremdes geschaffen, sondern als etwas, das seinem wahren Wesen nach in der innigsten Verwandtschaft mit dem Sohne Gottes steht." *Die Theologie des N. T.* p. 217, 218.

2) "Die Welt ist nämlich dazu bestimmt, werliches Eigenthum des Sohnes zu werden. Von Anfang an ist sie in vollem Sinne nur Eigenthum des Vaters als des eigentlichen Schöpfers der Welt. Der Vater aber hat den Sohn zum Erben eingesetzt (Hebr. 1 : 2: ἐν εἶθε κληρονόμου πάντων. Joh. 13 : 3: πάντα δέδωκεν αὐτῷ ὁ πατήρ εἰς τὰς χεῖρας vergl. 17 : 2. Eph. 1 : 22: πάντα ὑπέταξεν ὑπὸ τοῦ πόδας αὐτοῦ, vergl. Offenb. 1 : 17. 2 : 8. 22 : 13.). Die ganze Welt ist nach dem ewigen göttlichen Rathschlusse dazu bestimmt, der Herrschaft des Sohnes untergeben zu werden, alle einzelnen Schöpfungssphären sollten unter ihn als Haupt vereinigt, er sollte das sie alle mit einander verknüpfende Band werden dadurch, dass er sie alle mit einander beherrschte (Eph. 1 : 10: ἀνακεφαλαιώσασθαι τὰ πάντα ἐν τῷ Χριστῷ, τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς καὶ τὰ

igitur statuit de Wette, causam instrumentalem indicari per *ἐν αὐτῷ*, et minus probanda nobis videtur ejus interpretatio, qua, ut particulae *διὰ* dissimilem reddat significationem, non solum causam instrumentalem hic exprimi per hanc putat, sed etiam scopum (*εἰς*)¹⁾. Non enim licet ita hujus vocabuli significationem inflectere, ut postea *εἰς αὐτὸν* plane pleonastice dictum esset. Olshausen et alii sententiam secuti sunt eorum, qui statuunt, ideam omnium rerum in Christo esse positam, ita ut *ἐν* notet causam exemplarem²⁾. Minus recte, quia ejusmodi quid formula *ἐξ αὐτοῦ* vulgo indicatur; deinde scriptoris consilio neque hoc convenit, neque sermonis formae. Huther denique internam cognationem significari putavit, quae inter rerum universitatem et divinam naturam intercedit³⁾. Quibus quamvis ad nostram sententiam videatur incli-

ἐπὶ τῆς γῆς. V. 22: *κεφαλὴν ὑπὲρ πάντα*. vergl. Col. 2:10.), er sollte Alles in Allem erfüllen (Eph. 1:23.), und die Fülle der ganzen Welt sollte in ihm wohnen (Col. 1:19)." Hahn, l. l. p. 218.

1) "Die Praep. *ἐν* ist nicht gleich dem folg. *διὰ* (Chrys. d. M.): sie bezeichnet h. wie in den Phrasen *ἐκλέγεσθαι ἐν Χριστῷ* Eph. I:4., *πρόθεσιν ποιεῖν ἐν Χρ.* I. Eph. 3:11, *δικαιωθῆναι ἐν Χρ.* Gal. 2:17., *ζωοποιεῖσθαι ἐν Χρ.* 1 Cor. 15:22., *καταλλάσσειν ἐν Χρ.* 2 Cor. 5:19. die Vermittelung, und zwar nicht bloss die des Werkzeugs, so dass nachher in *διὰ* die nähere Bestimmung gegeben wäre, sondern zugleich diese und die des Zweckes (*εἰς*), überhaupt des bedingenden Zusammenhangs: (ohne Christum keine Schöpfung)." Vid. de Wette, p. 26.

2) Eodem fere sensu commentati sunt Klinker, Böhmer, Bähr, Neander, Schleiermacher.

3) Vid. Huther, a. h. l.

nare, tamen verborum significationem non satis accurate hoc loco attendit, atque ἐν et διὰ confundere videtur.

Ἐκτίσθη. Non opus esset monere verbum κτίζειν hoc loco propria inveniri significatione et quidem de mundo physico dici, nisi Schleiermacher, ad sententiam suam confirmandam, hoc vocabulum sensu ethico explicandum esse contendisset, quae vocabuli significatio illi fundamentum est, quo totius loci expositionem superstruxit, quare operae pretium erit hoc accuratius investigare.

Κτίζειν, κτίσμα, κτίσις semper in N. T. dicitur de rerum creatione, nunquam vero de rerum restitutione, etiam Eph. II:10, 15, IV:24, quamquam Schleiermacher contrarium contendat ¹⁾. Plura enim adsunt

1) "Halten wir hieran fest: so müssen wir freilich die gewöhnliche Auslegung ganz ablehnen, welche hier einen Antheil Christi an der Schöpfung im eigentlichen Sinne findet, und was noch mehr ist an der Schöpfung geistiger Wesen, von deren Entstehung weder die Schöpfungsgeschichte etwas meldet, noch sonst in alttestamentischen Schriften etwas überliefert ist. . . . Zuerst ist ja aber κτίζειν gar nicht das gebräuchliche Wort für erschaffen; an keiner Stelle in der Schöpfungsgeschichte haben es die LXX., und in der athenischen Rede bedient sich Paulus für die Schöpfung desselben ποιῆσαι, womit sich auch jene begnügen, ja in allen Stellen der LXX., wo sich κτίζειν findet, sey es nun für das hebräische כרא oder für andere Wörter, ist nirgends von dem ursprünglichen Hervorbringen mit Bezug auf das vorher nicht gewesen seyn die Rede, sondern nur von dem Begründen und einrichten in Bezug auf das künftige Fortbestehen und Sichfortentwickeln; die Stellen zu geschweigen, wo der Gebrauch sich ganz dem griechischen nähert. Dasselbe gilt von allen paulinischen Stellen." Vid. *Studien und Kritiken*, 1832, p. 507 sqq.

testimonia, quae talem explicationem ne admittunt quidem. Sic in Sapientiae libro I. 4. e. c. dicitur de Deo ἔκτισε γὰρ εἰς τὸ εἶναι τὰ πάντα. Neque etiam exstat illud discrimen, ad quod provocat, inter κτίζειν et ποιεῖν, neque ullam hoc probandi habet vim. Nam כִּי־בָרָא et הִשְׁעָ LXX promiscue interpretati sunt per κτίζειν et ποιεῖν, cf. Gen. I: 1, 7; Deut. IV: 32; Ps. L: 11; Jes. XLV: 7. Eadem verborum commutatio animadverti potest Sir. XV: 14 et XXIV: 9. Nec minus ea valet in N. T. e. c. Apoc. XIV: 7, ubi legis προσκυνήσατε τῷ ποιήσαντι τὸν οὐρανὸν καὶ τῆν γῆν καὶ τὴν θάλασσαν καὶ πηγὰς ὑδάτων, et X: 6 ὃς ἔκτισεν τὸν οὐρανὸν καὶ τὰ ἐν αὐτῷ καὶ τὴν γῆν καὶ τὰ ἐν αὐτῇ, ex quibus locis constat, imprimis posteriore, κτίζειν de rerum creatione usurpari, nulla ratione habita rerum quae jam adsunt. Alia praeterea testimonia afferri possent, si plura congerere vellemus; haec autem sufficiunt. Verbi etiam temporis formam nostram interpretationem confirmare, opportune notat Meijer ¹⁾).

Τὰ πάντα τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς. Hoc loco omnia sive universa, eodem sensu quo πάσης κτίσεως, indicari per τὰ πάντα, non opus est ut probemus. In sequentibus enim luculenter docetur, omnia per πρωτότοκον esse creata. Nulla est causa quare cum nonnullis in verbis per τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς

1) "Uebrigens beachte man den Unterschied der Tempora: ἐκτίσθη, welches den Act der Schöpfung, und dann ἐκτίσται, welches die geschene und nun bestehende Schöpfung bezeichnet. S. Winer Gramm. p. 315. Kühner ad Xen. Mem. 3, 1, 4. 3, 7, 7."

καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, neque coelum ipsum neque terram indicari putaremus, sed duntaxat quae sunt in coelo et in terra, ut Wetstenius: “non dicit ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ ἐκτίσθη, sed τὰ ἐν etc., quo *habitatores* significantur, qui reconciliantur,” aliique ¹⁾). Breviori enim sermone nihil aliud hoc loco indicatur, atque quod legitur Apoc. X:6: ὁς ἐκτίσσε τὸν οὐρανὸν καὶ τὰ ἐν αὐτῷ, καὶ τὴν γῆν καὶ τὰ ἐν αὐτῇ. Siquidem haec apud Hebraeos usitata fuit formula, sicut recte monuit Bähr contra Heinr., Wetsten., aliosque ²⁾). Per antithesin enim sequentia etiam accipimus, aliam admitti posse verborum juncturam negantes cum Huthero ³⁾).

1) Cf. Catech. Racov., Heinr., etc.

2) Cf. etiam Gen. II:1; Neh. IX:6.

3) “Das Verhältniss der ersten Ausdrücke: τὰ ἐν τοῖς — — — τῆς γῆς und τὰ ὁρατὰ καὶ τὰ ἀόρατα lässt sich auf dreifache Weise bestimmen: entweder kan man jedes der beiden Glieder des zweiten Gegensatzes auf jedes der beiden Glieder des ersten Gegensatzes beziehen, oder man kann je eins der Glieder des einen Gegensatzes als je einem der Glieder des andern Gegensatzes correspondirend ansehen, oder es lässt sich, wie der erste Gegensatz den Begriff des πάντα darlegt, so auch der zweite Gegensatz als eine nähere Bezeichnung des πάντα betrachten, so dass die einzelnen Glieder der beiden Gegensätze in keiner weitem Beziehung zu einander stehen. Am meisten hat die erste Auffassung gegen sich, denn wenn sich auch das Irdische in den Gegensatz des Sichtbaren und Unsichtbaren fallend denken lässt, so lässt sich doch schwer begreifen, wie Paulus sich auch das Himmlische in diese Zweierheit zerfallend gedacht haben solle. Anzunehmen aber, dass sich die Worte τὰ ὁρατὰ καὶ τὰ ἀόρατα nur auf τὰ ἐπὶ τῆς γῆς beziehen sollen, dazu ist um so weniger Grund vorhanden, als der Apostel dies auch nicht aufs leiseste andeutet. Gegen die zweite Auffassung aber spricht, dass P. sich darnach mangelhaft ausgedrückt haben würde, indem das Irdische und das Sicht-

Ab eo vero discedimus, quatenus haec tantum de creaturis explicat ratione praeditis¹⁾, prouti etiam a Bähr²⁾ et a de Wette³⁾ dissentimus, qui vivos hoc loco tantum significari intelligunt. Inferos hic etiam includi, quamvis non memoratos, contra dubitationes a nonnullis motas, recte monuit Meijer⁴⁾. — Lectio denique servanda nobis videtur; etiamsi τὰ ante ἐν τοῖς οὐρανοῖς Lachmann omiserit, qui in postrema sua editione vulgarem retinuit lectionem, quum contra in prioribus delevisset utrumque τὰ. Terminatio enim vocis πάντα facile efficere potuit ut sequens vocabulum τὰ omitteretur, quod sua vice sequens τὰ amovit.

bare keinesweges gleichbedeutend ist, zu jenem vielmehr auch Unsichtbares hinzugerechnet werden muss. Am besten ist es demnach, der dritten Auffassung zu folgen. Wollte P. den Begriff des πάντα recht hervorheben, so war es seiner Weise angemessen, denselben unter verschiedenen Gegensätzen darzustellen."

1) "Dass P. sich aber eben dieser Formel bedient, ist wol darin begründet, weil er mit seinen Gedanken vornehmlich bei der vernünftigen Creatur verweilt."

2) "Ausserdem ist wohl zu bemerken, dass der Ap. hier hauptsächlich im Gegensatz gegen das System der Irrlehrer von den emanirten Geistern und Mächten, nicht sowohl auf die Schöpfung der leblosen Natur als vielmehr der beseelten Geschöpfe ein Gewicht legte."

3) "Indem der Ap. . . . zunächst an die lebendigen wesen denkt."

4) "Dass P. die Unterirdischen nicht als eine besondere Classe von Geschöpfen habe aufführen können, da sie Gott nicht dazu geschaffen habe, in der Unterwelt zu sein (de Wette), ist eine von diesem lebendigen Redeflusse fern liegende Reflexion, wie auch die, dass P. τὰ ἐν τ. οὐρ. zuerst genannt habe, weil die Schöpfung der Engel durch Christum in Zweifel (ἀμφιβόλον) gewesen sei (Theophil.), — gegen welchen Grund der Anordnung schon die folgende Voranstellung von τὰ ὄρατα ist."

Τὰ ὄρατὰ καὶ τὰ ἀόρατα, εἴτε θρόνοι εἴτε κυριότητες εἴτε ἀρχαὶ εἴτε ἐξουσίαι. Ne vana memoremus antiquorum commenta¹⁾), hoc loco monere sufficiat, per τὰ ὄρατὰ καὶ ἀόρατα eadem ac ea, quae proxime praecedunt indicari, inverso tamen ordine. Recte enim Calvinus: "superior divisio coelestium et terrestrium utramque speciem comprehendebat. Sed quia de angelis praecipue hoc loco asserere volebat Paulus, nunc invisibilium meminit. Non igitur solum quae oculis patent coelestes creaturae, sed etiam spirituales per Filium Dei conditae sunt." Theosophorum orientalium speculationes praecipue spectabant mundum invisibilem atque coelestia, siquidem totum universum distinguerent in mundum visibilem atque invisibilem, et visibilis mundus parum iis esset momenti²⁾). Ut igitur eorum doctorum opiniones refelleret, angelos nunc memorat summasque potestates a τῷ πρωτοτόκῳ creatas³⁾.

1) "Die exegetischen Fabeleien hierüber gehören in grössere sammlungen als Curiositäten." Steiger.

2) "Die Abtheilung des Weltganzen äusserlich in Himmel und Erde (Genes. 1:1.), innerlich in τὰ ὄρατὰ und τὰ ἀόρατα findet sich überall. Sie tritt bei Philo deutlich hervor, liegt unverkennbar den gnostischen Systemen zu Grunde, erscheint ausdrücklich in der samaritanischen Theologie, und wird in der Kabbala auf willkürliche Weise nur weiter ausgesponnen." Steiger. Cf. etiam Bähr a. h. l.

3) Perperam τὰ ὄρατὰ ad coelestia quoque, solem, lunam, stellas etc. refert Theodoretus, et ἀόρατα ad hominum animos Chrysostomus et Theophilus.

Per εἴτε varii distinguuntur et disjunguntur ordines (cf. Plat. Pol. X, p. 612; Soph. El. 559). Qui tamen non ita intelligendi sunt acsi vocabulis istis aliquam indicaret gradationem apostolus, acsi θρόνοι suprema sit coelestium divisio, ἐξουσίαι vero infima¹⁾). Aliis enim locis, alius habetur vocabulorum ordo, cf. Eph. I: 21. Recte igitur Böhmer: “Jam vero Paulus, cui dubium non esset, quin revera versarentur in coelis angelorum chori (quod sanæ quidem rationi nullo modo contrarium), vocabula, per quae choros illos sive ordines adumbraret aliquo modo, delegit sibi ex rabinorum ac theosophorum, ut probabile est, Colossensium systemate, atque in Graecum convertit sermonem, etiamsi angelorum ordines vocabulis istis ἐν οὐρανοῖς non appellantur;” Augustinus: “quid inter se distent haec vocabula, dicant, qui possunt; si tamen possunt probare, quod dicunt: ego me ista ignorare confiteor;” Calvinus: “qui subtilius philosophantur in his vocabulis, ut ordines angelorum inde eliciant, fruuntur suis deliciis, sed a Pauli mente certe procul discedunt.” Non enim angelorum ordines coelestiumque potestates enumerare sibi proposuit apostolus, at potius ostendere voluit angelos, quorum cum Deo cognitionem perperam sibi informarunt Colossenses, theosophis auctoribus, a Christo creatos esse ideoque sub ejus potestate redactos. Ad angelos autem ferenda esse vocabula illa omnia, plurimi consentiunt interpretes,

1) Meijer.

etiam Calvinus, qui excipit tantum vocabulum *θρόνοι*, quod potius de coelesti palatio majestatis Dei intelligit. "Quod non est tale somniandum," inquit, "quale potest mens nostra capere, sed quale Deo ipsi convenit. Solem et lunam, totumque coeli ornatum conspiciamus: sed gloria regni Dei a sensu nostro est abscondita, quia spiritualis est et coelis superior. Denique per thronos igitur intelligamus sedem illam beatae immortalitatis, quae ab omni mutatione est exempta." "Reliquis nominibus," sic dicere pergit, "angelos procul dubio designat. Eos vocat potestates, principatus, dominationes: non quia proprium aliquod regnum exercent, aut propria virtute sint praediti, sed quia ministri sunt divinae potentiae et dominationis. Est autem usitatum, prout vim suam exserit Deus in creaturis, eatenus etiam ad ipsas transferri ejus nomina. Ita solus ipse et Dominus et Pater: sed patres quoque et domini, quos dignatur hoc honore. Inde fit, ut tam Angeli quam Judices dii nuncupentur. Quamobrem et hoc loco insigniuntur Angeli magnificis elogiis, quae declarant, non quid per se valeant aut seorsum a Deo, sed quid per illos agat Deus, et quas illis functiones delegaverit. Quae ita accipere convenit, ut nihil de unius Dei gloria detrahatur; neque enim ita suam virtutem communicat Angelis, ut se imminuat; non ita per ipsos operatur, ut potentiam illis suam resignet; non ita in illis gloriam suam vult relucere, ut in ipso obscuretur. Consulto autem Paulus ita honorifice extollit Angelorum dignitatem, nequis putet

obstare quominus solus Christus supra eos emineat. Itaque quasi per modum concessionis usurpat haec nomina, ac si diceret, nihil derogare Christo totam eorum excellentiam, quamlibet splendidis titulis ornentur." Neque vero est quod nimis argute de variis ordinibus angelorum philosophemur, quia neque expedire neque tempestive factum iri censeo. Accurate potestatum ordines enumerare sibi non proposuisse scriptorem, satis patet si cum hoc loco Eph. I: 21 conferimus, ubi invenitur *δυνάμεις*, desideratur vero *θρόνοι*.

Recedit vero a nostra interpretatione Melanthon: "intelligit vetustas angelos," inquit, "nos omnia imperia et ordinem creaturarum, politiarum, oeconomiarum, conjugii, legum, gubernationem in coelo et in terra intelligimus." Ut suae de τῶ πρωτοτόκῳ congruat interpretationi, Schleiermacher de variis explicat hominum imperiis. Rejicienda est quoque a nobis Felleri Boltenique sententia, nimis quaesita, qui de terrenis tantummodo potestatibus cogitantes, imperatores, reges, tetrarchas aut judaeorum doctores, magistratus intelligunt.

Continuo vero subnectit apostolus τὰ πάντα δι' αὐτοῦ καὶ εἰς αὐτὸν ἔκτισται, quod cum superioribus ita cohaeret ut eorum summam contineat, quum Christum omnium causam esse atque finem clarius, si fieri possit, doceat. Quod ita recte exprimit Koppe: "quae sententia juncta sequenti: τὰ πάντα δι' αὐτοῦ καὶ εἰς αὐτὸν ἔκτισται claudit locum, quo hucusque

semper ascenderat" ¹⁾). Perfectum et absolutum per Christum creandi opus apte per ἐκτίσται exprimitur ²⁾, quod omnino distinguendum ab ἐκτίσθη. Praeterea quomodo inter se cohaereant ἐν αὐτῶ, δι' αὐτοῦ et εἰς αὐτὸν supra jam ostendimus.

S. 17. Jam vero praecedentibus adjungit apostolus καὶ αὐτὸς ἐστὶ πρὸ πάντων. Sic ipse (αὐτὸς) nunc ponit tanquam subjectum, ubi priore sectione omnia (τὰ πάντα), per πρωτότοκον dixerat esse creata; creatorem creaturis quodammodo opponit. Non est igitur, ut αὐτὸς emphatice legendum negemus, cf. Luk. I: 17 ³⁾. Priusquam autem de ecclesia dicere incipit, quodammodo ad praecedentia redit, ea scilicet urgens, quae Colossenses potissimum voluit edocere. Πρὸ πάντων minime igitur de honoris gradu, sed de tempore loco hoc intelligendum censemus. Ex contextus autem cum praecedentibus nexu efficitur, non quidem Filii praexistentiam per se docere voluisse apostolum, sed eum esse omnium creaturarum principium praexistens, ita ut simul necessitudinem perpetuam creaturas inter et eorum principium demonstraret; quod et ex praesente ἐστὶ, et ex sequenti ἐν αὐτῶ συνέστηκε manifeste apparet. Praeterea ad unum alterumve doctrinae caput falsorum doctorum haec re-

1) Vid. Koppe a. h. l.

2) "Das perfectum wurde und bleibt durch ihm geschafte." Steiger.

3) "Und er selbst." Meijer.

ferenda esse probabile videtur, quo eorum refutaret errores ¹⁾). Errare igitur nobis videntur, qui *πρὸ πάντων* de eminentia, qua prae aliis omnibus Christus excellat interpretentur, ut ita illorum congruat de *προτοτόκῳ* interpretationi ²⁾). Praeexistentiam enim manifeste docet apostolus ³⁾). Neque bene eorum procedit argumentatio, qui ejusmodi sensum non *ἔστι* sed *ἦν* requisivisse contendunt, sicuti Joh. I:1-4. Hoc enim loco ita praesens usurpatur tempus, ut historicam haud referat Christi cum creaturis cognationem, sed perpetuam indicet ejus existentiam, cf. Joh. VIII:58; Ps. XC:2; Jer. I:5; Prov. VIII:22-25 ⁴⁾). Praesentis

1) Cf. Meijer p. 38: "Die so geflissentliche Hervorhebung der Schöpfung aller Dinge durch Christum, und namentlich auch der Schöpfung der Engel nach den specificirten derselben, berechtigen zu der Voraussetzung, dass die Irrlehrer Christum in dieser Beziehung herabsetzten, dass sie wenigstens die Elemente der späterhin systematisch ausgebildeten gnostisch-demiurgischen Doctrin hatten."

2) Nöss., Heinr., Stolz., Schleierm., Baumg. Crusius aliique.

3) Cf. Huther p. 107—108: "Denn die Präpos. *πρὸ* h. l. als Bezeichnung des Vorzugs zu fassen, rechtfertigt sich weder durch den Zusammenhang der Stelle, indem der Gedanke, dass Christus über Alles hervorrage, hier ganz nichtssagend wäre, noch durch den Sprachgebrauch, da selbst in den Stellen Jacob. V:12 und 1 Petr. IV:6, wo die Bedeutung des temporellen "Vor" in die des prästantiellen übergeht, doch die ursprüngliche Bedeutung keinesweges ganz verschwindet."

4) Apposite et Huther monet: "Da es indess dem Apostel nach dem ganzen Gedankenzusammenhange nicht darauf ankommen kann, die Präexistenz des Sohnes für sich auszusprechen, sondern vielmehr darauf, den Sohn Gottes als den vor Allem daseienden Grund von Allem darzustellen, so dürfte es nicht für gesucht gelten, das Präsens *ἔστιν* besonders zu urgiren, und anzunehmen, der Apostel habe diese Zeitform gewählt, um

vim Bengel etiam ita animadvertit: “non dicit Paulus *factus est*, neque *erat*, sed *est*.” Ad tempus hoc quidem referens Scholten, ita tamen interpretatus est, ut ad ideam tantum referat vel mundi creationis consilium ¹⁾. Quod non tantum omni hoc loco caret fundamento, sed etiam Paulinae non congruit doctrinae. — Πάντων non omnes, ut reddit Versio Vulgata, sed omnia significat.

auf das über die Zeit erhabene, alles Zeitliche begründende, ewige Sein des Sohnes Gottes hinzuweisen.”

1) “Zoodat hij in de idee of het plan der schepping de prioriteit voor al het overige heeft (ἔστι πρὸ πάντων, verg. Openb. III:14)” l. l. p. 261. et alibi: “Opmerkelijk is het, dat, bijaldien de echtheid van den Griekschē tekst van Hermas, die door Simonides zou gevonden zijn, genoegzaam blijken mogt, de woorden *propter illam mundus factus est*, in den latijnschen tekst voorkomende, in den grondtekst dus luiden: (ἡ Ἐκκλησία) πάντων πρώτη ἐκτίσθη, — καὶ διὰ ταύτης ὁ κόσμος κατηρτίσθη. Waaraan mag de schrijver gedacht hebben, toen hij de inrigting van 't heelal, althans middellijk, aan de Christelijke kerk toeschreef? Toch wel niet aan een werkelijk voorbestaan, en eene(n) werkelijke(n) scheppingsactus? God ging bij het werk der schepping, met de christelijke kerk d. i. met het Godsrijk, dat in zijne eeuwige aanschouwing als het einddoel der schepping voor hem stond, als ware het, te rade. Alles werd bij de schepping zóó ingerigt, dat de Christelijke kerk, het *Godsrijk* ter zijner tijd verwezenlijkt zou worden. In gelijken zin als aan de kerk wordt door denzelfden schrijver aan den Messias praeexistentie en een aandeel aan de wereldschepping toegekend, *Simil.* IX:12, volgens den tekst van Simonides: ὁ μὲν υἱὸς τοῦ θεοῦ πάσης τῆς κτίσεως αὐτοῦ (τοῦ θεοῦ) προγενέστερος ἐστίν, ὥστε σύμβουλον αὐτὸν γενέσθαι τῷ πατρὶ τῆς κτίσεως αὐτοῦ.” p. 260. Ita Hermae, uti et Socinianorum, nominatim Crellii (Cf. Lücke ad Joh. VIII:58) potius quam Pauli doctrinae congruere videtur interpretatio Scholteniana. Hac de re plura scire qui velit, inspiciat: Scholten, *Leer der Herv. Kerk*, II. p. 347 sqq.

Alia praeterea hic moveri potest quaestio, annon per ejusmodi explicationem oriatur tautologia, quum quidem e praecedentibus satis constet, Christum esse ante omnia. Huic quaestioni vero respondere liceat, hoc loco neque idem, neque fere idem¹⁾ aliis verbis exprimi, quia prius significat, omnia per Christum esse creata, alterum vero, eum esse ante omnia. Inepte certe Ariani hinc colligunt, veram esse suam de *πρωτοτόκῳ* interpretationem, quippe qui ad tempus illud vocabulum referant; nostram contra sententiam ipsa eademque ratione esse erroneam. Ejusmodi vero contra eos valere argumentationem facile unusquisque consentiet. Nulla certe ulteriore disputatione opus fuisset, si ex vocabulo *πρωτοτόκῳ* jam plane patuisset illud, quod Paulus indicare voluerit. Ad Christi praesistentiam vero provocare non licet, ut refutetur nostra sententia, nam illam potius confirmat.

Συνίστημι proprie significat *coördinare*, porro *perficere*, *absolvere*. Neutro vero sensu sumitur, ut notum est, in Perf., Aor. II et Medio. Locus hic igitur verti potest aut "omnia in ipso condita sunt", aut "in ipso constant." Quum autem id quod priore versione jam exprimitur praecedenti sectione contineatur, posteriorem versionem magis probandam esse sponte patet²⁾. Ἐν αὐτῷ autem hoc quoque loco eadem

1) Sicut Koppe a. h. l.

2) Schleiermacher hujus verbi explicationem de rerum terrenarum in Christo consolidatione, ut suae caeterorum interpretationi congruat, invenit

qua antea accipiendum est significatione. Est autem neque de creatione, neque de coördinatione vel conservatione tantum intelligenda illa necessitudo, quae Filium inter et rerum universitatem intercedit¹⁾, sed creationis perpetuitatem Christo esse tribuendam distincte a Paulo docemur. Creatio autem non ab omnibus partibus absoluta dici potest, nisi accedentibus gubernatione et conservatione; quare etiam legimus *Φέρων τε τὰ πάντα τῷ ῥήματι τῆς δυνάμεως αὐτοῦ* Hebr. I:3. Improbanda igitur ethica est interpretatio: "ecclesiam congregatam omnem eum moderari et continere, ut summus ejus praesul, nullum alium praeter se ecclesiae dominum agnoscens"²⁾.

S. 18. Aliam, eamque arctiorem, Paulus nunc Christi memorat necessitudinem, eam nempe, quae inter ipsum et ecclesiam existit. Ad quam indicandam falsa pseudo-apostolorum doctrina ansam dedisse videtur. Ubi vero Paulus eam necessitudinem considerat Filiique cum ecclesia rationem describit, nova

1) Ita et Meijer: "συνέστηκε bezeichnet das Bestehen des Sämmtlichen, den Zustand der dauernden Composition und Ordnung, welcher Begriff dem der Erschaffung nicht gleich ist, sondern denselben zur Voraussetzung hat."

2) Heinr. "In dieser neuen Welt ist er Herr in Anerkenntnis und in Wallen." Baumg. Crusius: "Alles hat in ihm seinen Bestand. d. h. es erreicht seine Bestimmung nur in der Verbindung und in Zusammenhang mit ihm."

incipit quodammodo sectio, in qua magis autem Christum spectat quam ecclesiam, cujus caput illum esse dicit ¹⁾).

Καὶ αὐτός ἐστιν ἡ κεφαλὴ τοῦ σώματος τῆς ἐκκλησίας, i. e. corporis spiritualis; consuetus apud Paulum orationis tropus (1 Cor. X: 17, XII: 19, 27; Eph. I: 23, IV: 12, V: 23, 30; Rom. XII: 5). Vocabulum enim κεφαλὴ non solum de Christi gubernatione ²⁾, sed etiam de ejus cum ecclesia communionem spirituali dictum esse censeo ³⁾, qua ratione Christus fideles vivificat. Concinna certe oratio, qua ecclesia indicetur et arctissima, quae Christum inter atque ecclesiam intercedit, necessitudo ⁴⁾. Non

1) Hoc recte animadvertit Meijer: "Er ist als Gegensatz gegen die Christum in seiner Würde als Haupt der Gemeinde herabsetzende *Engelverehrung* anzusehen, nicht aber (gegen Bähr u. Huther) als Gegensatz gegen ein Theologumenon, wie sich's in der Kabbala findet, nach welcher der Leib des Messias (des Adam Kadmon) der Complex der Emanationen ist. Denn der Nachdruck u. St. und ihre doctrinelle Pointe liegt darin, dass Christus das *Haupt der Gemeinde* sei; nicht die Lehre von einem andern σώμα, sondern von einem andern πρωτεύων wird ausgeschlossen."

2) "Hic vero potissimum, meo judicio, de gubernatione loquitur." Calv.

3) Cf. Bähr a. h. l.: "Sein Verhältniss zu ihr ist aber keine manatives, sondern die einzelnen Glieder der Gemeinde sind durch den Glauben mit dem Haupte in Gemeinschaft und Verbindung. Kol. 2, 19. Jedes Glied, das von dieser Verbindung mit dem Haupte ausgeschlossen ist, ist eben damit ein todt, denn nur das Haupt belebt den ganzen Körper mit allen einzelnen Gliedern und regiert sie."

4) Huther a. h. l.: "Der dem Worte σώμα zu Grunde liegende Begriff ist: ein aus mehreren Theilen bestehendes Ganze, dessen Glieder nur in ihrer

opus est ut moneamus, neque scriptoris consilio, neque vulgari linguae usui congruere sententiam illorum, qui "familiam Dei in coelis terrisque" intelligant. Apposite τῆς ἐκκλησίας legimus, ita ut τοῦ σώματος sit explicatio, quippe quae eandem rem indicet (cf. Berhardy Symb. p. 143; Winer Gramm. p. 422).

Deinde pergit ὅς ἐστιν ἀρχὴ, πρωτότοκος ἐκ τῶν νεκρῶν, quod dicitur de τῷ υἱῷ τῆς ἀγάπης αὐτοῦ, s. 13, qui ecclesiae est caput. Vocabulo ἀρχὴ diversa a diversis interpretibus tribuitur significatio. Alii hoc cum verbis πρωτότοκος ἐκ τῶν νεκρῶν conjungunt, ita ut sit appositio; alii autem per se explicandum putant, utrique cum genitivo τῶν νεκρῶν illud conjungentes; alii deinde, illa verba plane disjungentes, non magnum tamen significationis discrimen statuunt. Nos quidem omni modo a sequentibus hanc vocem sejungimus, neque ideo certam ejus significationem statuere ausimus. Hoc tantum tota verborum series et orationis tenor, analogiaque nos docent, hoc verbum in Christi honorem usurpatum esse. A Philone etiam ὁ λόγος appellatur ἀρχὴ, quo verbo probabiliter pseudoapostoli Colossis etiam utebantur, quamquam ea res pro-

Vereinigung mit einander ihre Bedeutung finden. Wenn demnach Paulus die christliche Gemeinde als σῶμα bezeichnet, so gründet sich dies darauf, dass er dieselbe als eine aus vielen mit einander engverbundenen Gliedern bestehende Einheit betrachtet, in welcher keins der Glieder eine von den übrigen gesonderte, für sich bestehende Existenz hat; Cf. 1 Cor. XII."

bari nequeat ¹⁾). Animadvertendum quoque est hac in re id quod legitur Apoc. III: 14, ἡ ἀρχὴ τῆς κτίσεως, quo loco idem verbum ἀρχὴ Christo tribuitur. Absolute tantum hic illud legitur verbum et inane agunt opus, qui certam ejus probare conentur significationem. Majoris autem est momenti, quod sequitur πρωτότοκος ἐκ τῶν νεκρῶν, ubi Paulus his verbis de eodem utitur, quem brevi ante πρωτότοκος πάσης κτίσεως nominaverat. Hoc loco autem de alia Christi necessitudine, eaque cum ecclesia, Pauli sermonem esse bene tenendum est. Hic igitur ejus cum ecclesia, illic omni cum creatione describitur necessitudo; qui enim in Christo sunt mortui, ejus σώματος partes sunt. Si vero quaesiveris, quare Paulus tali ratione de mortuis atque de τοῦ πρωτότουκου cum mortuis necessitudine loquatur, responsio in promptu est, quo scilicet melius pateat, Christi ecclesiam non posse cogitari sine ejus e mortuis resurrectione, quod et ex 1 Cor. XV probatur, ita ut vocabulum νεκροὶ hoc loco inprimis dictionis praegnantis vim habeat. Porro tam vocabuli ἀρχὴ quam totius dictionis πρωτότ. ἐ. τ. ν. explicationem petere conati sunt ex 1 Cor. XV: 20 ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων. Illic vero, ubi de resurrectionis ordine sermo est, alia prorsus ratione diversa-

1) Cf. Bähr a. h. l.: "Dass man mit diesem Ausdruck eine bestimmte religiöse Idee bezeichnete zur Zeit der Apostel, wenigstens bald nach ihr, ist gewiss; nur verstand man in den verschiedenen, miteinander mehr oder weniger verwandten Systemen etwas anderes darunter."

que significatione illa verba occurrunt (cf. s. 23). Diversae deinde interpretum de hoc loco sententiae cum iis, quae de s. 15 varie exposuerunt, congruunt. Quas singulatim hic non recensebimus.

Nunc, quae sententiae finem imponunt sequuntur verba *ἵνα γένηται ἐν πᾶσιν αὐτὸς πρωτεύων*. Non exitus, sed consilium, plurimorum iudicio, illo vocabulo *ἵνα* indicatur. Hoc tamen non ad *πρωτ. ἐ. τ. ν.*, sicut plurimi putaverunt, referendum puto, neque ad hanc totam sectionem, sed totam ad pericopen inde a s. 15. Consilium enim, quod sibi proposuit apostolus, est, ut doceat *τὸν υἱὸν τῆς ἀγάπης αὐτοῦ* tam universae creationis quam ecclesiae Primum esse, sicut luculenter patet ex s. 19 *ἐν πᾶσιν* et *πᾶν τὸ πλήρωμα*, quae omnia aequae referenda sunt ad *εὐδόκησε* (s. 19). Verbum *γίγνεσθαι* neque hoc loco, neque unquam idem est atque *εἶναι* ¹⁾, nec significat “ut valeat” ²⁾, sed “ut fiat.” Verba *ἐν πᾶσιν* neutrius generis hoc loco posita esse, sicuti s. 16, censemus, et usitatiore apud Paulum loquendi formulae *ἐν παντί* (1 Cor. I:5; 2 Cor. IV:8) similia ³⁾. *Αὐτὸς* emphatice dictum est. *Πρωτεύειν*, *primas tenere partes* significat (in N. T. et Esth. V:11; 2 Macc. VI:18, XIII:15 in V. T.). Hujus verbi significatione vocabuli *πρωτότοκος* quoque

1) *Vulgata* aliique.

2) Sicut Baumgarten Crusius.

3) Nonnulli illud per “omnes”, sc. fratres, eo modo interpretati sunt, quo facillime eorum hujus versus expositioni congruat. Beza, Kypke, Heinrichs.

nititur interpretatio, quamvis utrumque verbum non plane idem indicet, quod etiam e verbo *γένηται* clare intelligitur. Filius enim est *πρωτότοκος*, nondum vero *ἐν πᾶσι πρωτεύων*.

S. 19. Ut ea, quae de Christo praedicaverat apostolus, vera esse probet, addit nunc, illud Dei providentia ita fuisse ordinatum. Particula *ὅτι* enim affirmandi causa posita est, ut ex s. 16, satis constat¹⁾. Affirmat enim *πρωτότοκον* in omnibus rebus primas tenere, quia Deo placuit, ut in ipso omnis inhabitaret plenitudo. Minime igitur ad ecclesiae tantum caput s. 18 referendam ducimus²⁾. Dei consilio, inquit, factum est, ut inhabitet in ipso omnis plenitudo, sicuti recte animadvertit Chrysostomus: *οὐκ ἔχει αἰτίαν εἰπεῖν οὐδεμίαν, ἀλλὰ τὴν θέλησιν τοῦ θεοῦ*. Vocabulo *κατοικῆσαι* jungendum est *ἐν αὐτῷ*; emphatice vero illa initio periodi ponuntur. Hujus periodi subjectum *θεός* intelligendum esse, non autem Filium, neque *πλήρωμα*, ex contextu ceterisque N. T. locis apertum est (cf. 1 Cor. I: 21; Gal. I: 15; Luc. XII: 32, Rom. XV: 26). Graecae enim orationis est, ut saepius desideraretur subjectum, ubi hoc ex contextu facilius colligi potest. Sunt qui *πᾶν τὸ πλήρωμα* eadem ratione explicant, qua Cap. II: 9, ubi

1) Cf. Meijer a. h. l.: "Ὅτι argumentativ für das eben gesagte *ἐνα γένηται* etc.: an welchem *γίνεσθαι ἐν πᾶσιν αὐτὸν πρωτεύοντα* kein Zweifel sein kann, da es gefallen hat, dass in ihm u. s. w."

2) Steiger, Huther, Calovius, aliique.

πλήρωμα τῆς θεότητος occurrit, atque ex philosophorum loquendi usu haec sumta ducant vocabula¹⁾. Neque philosophica haec ejus aetatis est loquendi formula, ut opinamur, neque eodem modo intelligendum, quo C. II: 9, ubi ad Dei naturam (τῆς θεότητος) refertur. Neque active *id quod implet*, ea vocabula explicanda censemus (ut Bähr, Steiger, Harl. (ep. ad Ephes.), Storr. voluerunt), sed passive *id quo impletur*, ita ut copiam (πλοῦτον) significarent²⁾. Plenitudo omnis

1) "Es ist also das πλ. der Gottheit gemeint (II, 9.). Dabei darf jedoch nicht übersehen werden, dass die Abwesenheit des Genitivs und aller nähern Angabe bei dem bestimmten Ausdrucke πᾶν τὸ πλ., der doch hier zum ersten Male vorkommt, nur bei der Annahme erklärlich ist, das Wort habe, in dieser absoluten Stellung, einen in sich selbst bestimmten Sinn gehabt, vermittelt des Sprachgebrauchs. Dies kann nur der Sinn seyn, den wir späterhin z. B. bei dem Gnostiker Valentinus, bei Jamblich, auch bereits bei Cerinth nachweisen können, und dessen Darlegung wir schon vorbereitet haben (zu v. 15.). Diejenigen, die den Terminus so absolut gebrauchten (od. vollständig wie II, 9.), dachten sich die Gottheit als absolut einfache, reine, unterschiedslose Wesenheit (θεότης), als an sich leeren Abgrund (Bythos, En-Soph, "Ungrund"), aus welchem die mit Willen begabten Schöpferkräfte hervortreten als ein System von Emanationen, das in seiner Gesamtheit die Fülle der Gottheit bilde, und sahen also in diesen, fälschlich von der Gottheit unterscheidenden, unter sich selbst getrennten, mehr oder minder personificierten Urkräften die lebendigen Wurzeln aller Dinge." Steiger; Cf. etiam Bähr, Huther, Baur (Paulus p. 425).

2) "Πλήρωμα, von dem transit. πληρώω, bez. das Resultat des Anfüllens (der πληρωσις) als objectives: die Füllung, Fülle, d. h. Das, was eingefüllt (oder womit das Andere angefüllt) wurde; daher dann ferner: die Fülle, volle Zahl, den Reichthum, Ueberfluss; aber nie jenen Gegenstand, welcher angefüllt wurde, und der durch den Genitiv nach πλ. bez. wird." Steiger.

suae gratiae, plenitudo omnium *χαρισμάτων* hoc loco intelligenda est, quae ut Christo inhabitaret Deo placuit: “Cumulatissima omnium divinarum rerum copia, quam scholastici *gratiam habitualem* — — appellant, ex qua in Christo, tanquam inexhausto fonte, omnes gratiae in nos pro cuiusque membri modulo deriventur”¹⁾. Per *κατοικῆσαι* *inhabitare* figuratim τὸ πλήρωμα dicitur esse vel permanere in Christo, quod autem non explicandum est, acsi dictum sit de שְׁכִינָה; quum quidem πλήρωμα Christo *inhabitare*, non vero in illo se *manifestare* doceat scriptor (כְּבוֹד יְהוָה) (Eph. III : 17, Gal. IV : 5, 2 Petr. III : 13). Qui igitur intelligunt, πλήρωμα de Dei natura dictum esse²⁾, in eo imprimis errant, quod τοῦ εὐδοκεῖν notionem negligant, quippe quod verbum Patris indicet decretum mittendi Filium, nostras ut susciperet partes; non autem dicitur naturae ratione habita, quae semper in ipso *inhabitare* statuitur, quamvis hic se ipsum exinanisset, siquidem in Dei forma non fuisset ducturus rapinae loco, si aequalem Deo se prae buisset. Fuerunt qui per πλήρωμα coetum Christianorum ipsum indicari dixerint, quam sententiam ex Eph. I : 22 seqq. recte colligi posse putarint. Sic jam pridem Theodor.: πλήρωμα τὴν ἐκκλησίαν ἐν τῇ πρὸς Ἐφεσίου ἐκάλεσεν,

1) Beza.

2) Oecom., Theod., Calov., Huther, aliique, quorum nonnulli per *communicationem idiomatum* collustrare studuerunt.

ὡς τῶν θείων χαρισμάτων πεπληρωμένων. Ταύτην ἔφη εὐδοκῆσαι τὸν θεὸν ἐν νῶ Χριστῷ κητοικῆσαι, τοῦτ' ἐστὶν αὐτῷ σύνηθαι. Sic etiam Teller, Stolz., Heinr., Koppe, Baumg. Crus., Schleierm. ¹⁾). Ejusmodi vero sententia quam sit scriptoris consilio atque contextui contraria, unusquisque facile videt.

S. 20. Ad postremam sectionem explicandam nunc procedamus, "locus sane, qui torquet interpretes et vicissim ab illis torquetur ²⁾)." Quia enim in indaganda vera hujus sectionis sententia alii nimis a vero se abduci passi sunt praejudicatae opinione dogmaticae, alii vero nexum cum praecedentibus et verborum significationem grammaticam valde neglexerunt, non mirum, hanc sectionem crucem exstitisse interpretum. Sic permultae sensim exstiterunt diversae sententiae de voce πάντα. Quae quid sibi velit, ipse indicat Paulus per εἴτε τὰ ἐπὶ τῆς γῆς εἴτε τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, in quibus interpretandis rursus in varias partes abierunt interpretes. Alii de Judaeis atque gentibus hanc loquendi formulam usurpatam esse existimarunt ³⁾), quae quam absurda sit sententia ex iis, quae s. 16 diximus, satis animadverti potest. Alii vero ratione praeditas tantum

1) Qui, collato Rom. II: 12, 25, πλήρωμα dicit esse: "die Fülle der Heiden und die Gesamtheit Israëls."

2) Davenantius.

3) "Τὰ πάντα i. e. tam Judaeos quam Ethnicos, quorum inimicitiae dissolvendae erant." Koppe; etiam Heinr. et Junk. — Schleierm. intelligit: "irdische, bürgerliche und gottesdienstliche Verhältnisse."

creaturas, ideoque homines et angelos per ea indicari intellexerunt. Ad angelos porro ea referri non aptum neque conveniens visum est aliis, quandoquidem nulla opus esset reconciliatione, ubi nulla fuit simultas aut dissidium. Qua ratione permoti, locum hunc de angelis explicuerunt, cum hominibus in concordiam reductis, quae sententia jam Chrysostomo¹⁾ probabilior visa est. Improbendam tamen ejusmodi solutionem esse jam inde apparet, quod verba Pauli proprie significant: Deum *secum*, non vero homines angelosque *inter se* reconciliasse. Quem scopulum ut evitarent, alii verbis τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς non angelos indicari, sed mortuorum sub V. T. animos existimarunt, qui "respectu Christi meriti olim praestandi," Deo sunt reconciliati²⁾. Ex s. 16 vero constat non mortuorum animos esse intelligendos, sed θρόνοι, κυριότητες etc. Alii denique, alia instituta via, veram invenisse sententiam opinantur, quum, a vulgari vocabuli ἀποκατ. significatione abeuntes, illud verbo ἀνακεφαλαιώσασθαι in Eph. I: 10 aequiparent, uti Melancthon., Coccejus, Grotius, Flatt, Bähr, alii. Sed non solum vulgarem vocabuli significationem sic inflectere coacti sunt, sed etiam res diversas aequi-

1) Cui Pelag., Theodor., Oecum., Theophil., Zanck, Camerom., Calov., Estius, Beng., Michael., Böhmer, aliique annumerandi sunt.

2) Beza, Calixtus, Crocius, Suicerus, Zeltnerus, Wolfius, alii.

parare, siquidem unum (ἀποκατ.) pro alterius (ἀνανεφ.) causa sit habenda. Nösselt, quum ad angelos haec referri nolit, significatione duplici unum idemque verbum (ἀποκατ.) explicat. "Verbum ἀποκαταλλάξεως," inquit, "proprie non cadit in angelos, sed pro rei natura intelligendum est sic, ut quod in illo verbo primarium est, notio Dei propitii, illius autem cui propitius est, gratiosi, teneatur in utramque partem pariterque ad caelites terrarumque incolae, altera autem, eaque adjuncta notio restitutae gratiae Dei, ad homines, non item ad angelos referatur." Rosenm.: "Deum modum quendam invenisse, quo fieret, ut pari amore homines et coelestes amplecti possit." Origenes denique probare conatus est, ad angelos malos hunc locum referendum esse¹⁾. Propius quidem accedit Calvinus, qui *confirmandi* notionem reconciliandi adjunxit, caeteroquin vero grammaticam sequitur interpretationem. "Sed tamen," inquit, "duabus de causis angelos quo-

1) "Ersterer (Origenes) führt unsere Stelle vielmals an, und gründet vorzüglich auf sie eine seiner eigenthümlichen dogmatischen Ansichten. Er erkennt nämlich theils ein fortwährendes Opfern Christi im Himmeln an, das allen Geistern zu gut komme, indem Christus ihnen seine göttliche Lebenskraft mittheile, theils ein allmähliges Zurückführen auch der gefallenen höheren Geister durch Christum zu ihrer ursprünglichen Reinheit, bis dass Gott sei alles in allen. Er bringt daher unsere Stelle auch mit der Lehre von der Widerbringung aller Dinge in Verbindung, und fasst πάντα so allgemein als möglich, indem er darunter selbst die Teufel und die Verdammten begreift." Bähr a. h. l.

que oportuit cum Deo pacificari, nam quum creaturae sint, extra lapsus periculum non erant, nisi Christi gratia fuissent confirmati. Hoc autem non parvum est momentum ad pacis cum Deo perpetuitatem, fixum habere statum in justitia, ne casum aut defectionem amplius timeat. Deinde in hac ipsa obedientia, quam praestant Deo, non est tam exquisita perfectio, ut Deo omni ex parte et citra veniam satisfaciatur." Ex his igitur breviter monitis satis patet, τὰ πάντα nullo modo circumscripta esse, sed de rerum universitate, per Christum Deo conciliata, intelligendum esse. Vocabulum deinde ἀποκαταλλάξαι non reconciliationem hominum angelorumque inter se, sed omnium cum Deo significare ¹⁾).

1) Hic autem moveri potest quaestio, quousque tandem extendere conveniat per Christum reconciliationem. Quamvis vere non ad hujus loci exegesis referendum sit, operae tamen pretium videtur Meijeri annotationem cum ejus ipsius verbis hoc loco recensere: "Wiefiern," rogat, "zur Beantwortung dieser Frage dient Folgendes: a) Durch die Sünde, welche zuerst eines Theils der Engel und in Folge dessen (2. Kor. II: 3.) mittelst der Uebertretung Adam's der ganzen Menschheit sich bemächtigte, wurde die im Stande der Unschuld bestandene ursprüngliche Harmonie zwischen Gott und der ganzen Schöpfung aufgehoben. Vrgl. z. Eph. I: 10. p. 43. b) Nicht nur die sündige Menschheit war nun durch die Sünde Gotte entfremdet und feind vrgl. V. 21.), sondern auch die gesammte nicht vernünftige Schöpfung (Rom. VIII: 19 ff.) wurde von diesem Verhältnisse afficirt, und von Gott der ματαιότης und δουλεία τῆς φθορᾶς preisgegeben s. z. Rom. I: 1.). Ja auch c) die himlische Geisterwelt sah ihre Harmonie mit Gott, wie sie ursprünglich gewesen war, verloren, da ein Theil der Engel, die gefallenen, das widergöttliche Reich des Teufels bildete, und der ewigen Strafe verfallen war, welche dem Teufel und seinen En-

Difficilior tamen nobis superest quaestio de angelorum reconciliatione. Ubi nullum enim fuit dissidium, quorsum reconciliatio? Tanta multis visa est haec difficultas, ut ad aliam verborum explicationem transire oportere existimarint. Non est quod dubitemus, vocabula ἐν τοῖς οὐρανοῖς ad angelos esse refe-

geln bereitet ist. d) In Christo aber, durch sein ἰλαστήριον, dach welches Gott Friede macht (εἰρηνοποιήσας etc.), ist die Versöhnung des Sämmtlichen geschehen, vermöge der dadurch bewirkten Tilgung des Sündenfluchs. So ist nicht blos das versöhnende Factum geschehen, sondern auch die Realisation der allgemeinen Versöhnung selbst ist *eingetreten*, obgleich noch nicht *vollendet*, sondern bis zur Parusie nur in der *Entwicklung* begriffen, indem nämlich in dem gegenwärtigen αἰῶν der gläubige Theil der Menschheit zwar die Versöhnung hat, die unversöhnten Ungläubigen aber (das Unkraut unter dem Waizen) nicht ausgeschieden werden, indem ferner die nicht intelligente Schöpfung in ihrem durch die Sünde herbeigeführten Zustande der Verderbniss bleibt (Rom. 8), indem endlich auch die Engelwelt bis zur Parusie das aus ihr hervorgegangene dämonische Reich bestehen sieht. Aber durch die Parusie wird die in Christo geschehene Versöhnung des Sämmtlichen zum Abschluss kommen, da der ungläubige Theil der Menschheit ausgeschieden und in die Gehenna verwiesen, die ganze Schöpfung, vermöge der Palingenesie (Matth. 19:28) zur ursprünglichen Vollkommenheit verwandelt, und der neue Himmel und die neue Erde als die Wohnstätte der δικαιοσύνη (2 Petr. 3:13) hergestellt, auch der dämonische Theil der Engelwelt in die Gehenna verstossen werden wird. Sonach wird dann nichts mehr in der gesammten Schöpfung Gotte entfremdet und feind, sondern τὰ πάντα mit ihm harmonisch und versöhnt sein, Gott selbst, dem Christus die bis dahin geführte Regentschaft zurückgiebt, der einige Regent und Alles in Allem (1 Kor. 15:24, 28), — Diese Gesamtversöhnung, obwohl erst bei der Parusie ihr Abschluss eintreten wird, ist doch mit Recht durch den Infin. Ἀορ. ἀποκαταλλάξαι bezeichnet, weil sie in der Vorstellung Gottes bei dem εὐδόκησε als ein *Moment in der Vollendung* dastand.

renda, quod autem non de singulis singulatim intelligendum est, sed de omnibus collective. Atqui malorum angelorum defectione, omnium horum cum Deo necessitudinem mutatam fuisse, facile potest con- jici. Postquam pristina igitur eorum cum Deo ne- cessitudo felicissima ita turbata esset atque mutata, reconciliatore eos indiguisse non difficulter colligimus. Non enim angelorum perfectionem respicit Paulus, ut vult De Wette, quia vocabulo *καταλλ.* non inest perfectionis notio ¹⁾. Haec autem animadvertisse, ut opinamur, viam monstrat ad Pauli hoc loco mentem capiendam.

¹*Εἰς αὐτόν.* Constructio praegnans, qua reconcilia- tionis finis indicatur, ut nempe omnia cum Deo re- conciliarentur ²⁾. Non enim dicitur ratione Christi habita, siquidem hoc loco de illo Mediatore habeatur sermo, quod ex contextu animadvertitur. Ad

1) "Der Ap. gab diesem Dogma eine so weite Ausdehnung wahrsch. aus polemischem Gegensatze gegen die Christum herabsetzende Engel- lehre der coloss. Theosophen, jedoch in Analogie mit den Vorstellungen, dass die Engel von Christo geschaffen, die bösen überwunden und die guten mit dem ganzen Universum seiner Herrschaft unterworfen seien, und vermöge des Schlusses, dass, wenn der Versöhnungstod auf die bö- sen Geister einen richtenden und vernichtenden Einfluss geübt habe (2: 15), auch die guten einen Einfluss dieser grossen Thatsache erfahren haben müssten, welcher Einfluss nur als ein wohlthätiger und für diese doch immer nicht schlechthin reinen Wesen (Hiob 4:18; 15:15) als ein nicht überflüssiger, sondern ihre Harmonie mit Gott vollendender ge- dacht werden konnte." Quae quidem interpretatio a vulgari verborum sensu aberrat.

2) Cf. Winer, Gramm. p. 677.

Christum tamen referendum esse, Bähr, Huther, De Wette, Olshausen putarunt¹⁾. Calvinus per Dativum casum recte vertere opinatus est²⁾. Quum vero aliis locis Dativus occurrat (Eph. II: 16, Rom. V: 10, 2 Cor. V: 18), aliam tamen quodammodo habet significationem.

Εἰρηνοποιήσας διὰ τοῦ αἵματος τοῦ σταυροῦ αὐτοῦ, non in parenthesi ponendum. Reconciliationis modus hic intelligendus est, ut recte monuit Meijer³⁾, quoniam mors Christi salutifera, decretum Dei fundamentum habuit, non vero inverso ordine. Vocabulum *εἰρην.*, cujus subjectum non Christus⁴⁾ sed Deus habendus est, non alibi in N. T., apud LXX vero Jes. XXVII: 5 occurrit. Omnium cum Deo reconciliationis tamquam causa medians, Christi sanguis in cruce fusus proponitur. Sanguinem crucis emphatice vocat, quia, ut recte monet Calvinus, "ideo pignus et pretium nostrae cum Deo pacificationis fuit sanguis Christi, quia in cruce fusus.

1) Et Grotius, qui explicat "ut ipsi pareant."

2) Etiam Bähr: "was dort durch ἐν Χριστῷ, ist hier durch εἰς αὐτὸν sc. Χριστὸν ausgedrückt, und der Ap. will also sagen: es sei Gottes Rathschluss gewesen, alle Geschöpfe im Himmel und auf Erden, Engel und Menschen unter Christo, als Haupt und Herr, zu vereinigen, so dass alle aus seiner Fülle Leben schöpfen und erhalten sollten."

3) "So dass er Frieden schlösse u s. w., indem nämlich das Blut Christi, als des Sühnopfers, der Heiligkeit Gottes Genüge leistete und nun seine Gnade herrschend würde, Rom. V: 1 al."

4) Chrysost., Theod., Occum., Luth., Storr., Heinr., Flatt, Steiger, alii.

Victimam enim expiaticem fieri oportuit Dei Filium, et peccati reatum sustinere, ut essemus justitia Dei in illo. Sanguis ergo crucis sanguinem sacrificii significat" ¹⁾).

Δι' αὐτοῦ injuste vocabulis δι' ἐαυτοῦ aequiparant nonnulli, qui Christum phraseos subjectum putant. Emphatice loquitur Paulus superiora contrahens, quum certius ostendere conatur, Christum omnibus esse reconciliationis auctorem. Nihil vero novi affert, sed Christum solum esse, repetit, per quem Deum habemus propitium, quapropter perperam per appositionem διὰ τοῦ αἵματος τῆς σταυροῦ αὐτοῦ intelligit Castal.: "per ejus sanguinem, h. e. per eum." Perperam quoque Grotius: "per verbum ipsius." Per εἴτε τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, εἴτε τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, nihil aliud intelligendum, atque ea quae s. 16 indicata statuimus. Illa autem inverso ordine ponuntur, quia hoc loco sermo habetur de reconciliatione his in terris peracta ²⁾).

1) a. h. l.

2) "Zu beachten ist ausserdem dass P. hier (anders V: 16 wo von der Schöpfung die Rede war, vrgl. Gen. 1:1) das Irdische zuerst nennt, weil auf Erden die Versöhnung *geschehen* ist und das Irdische *zunächst* betroffen hat." Totius ss. 19, 20 argumentationis ordo, qua ratione procedat, paucis docet Steiger: "nach der richtigen Erklärung hingegen ist das Einzelne (mit Berücksichtigung des εἴτε v. 19 und des Zeugma in v. 20) so zu ordnen: 1) der Rathschluss des Heils (ἡ ἐξουσία), 2) der erste Theil der Vollstreckung ("fundamentum reconciliationis"), das Wohnen der Fülle Gottes in dem bestimmten, als sterblicher Mensch werdenden Erlöser (v. 19 ell. 18); 3) die Versöhnung selbst Friedestiftung durch den Opfertod (v. 20); 4) daher die Möglichkeit der Verbindung der

His orationem suam, a nobis expositam, concludit apostolus. Quomodo autem illa cum caeteris locis Paulinis de Christo docentibus, cohaereat, posterioris hujus disquisitionis partis erit argumentum.

Menschen als Kirche, ja auch der Engel, mit ihm, dem Gottmenschen, als dem gemeinsamen Haupte (*εἰς αὐτόν*, v. 20 vrgl. zu II:10), realisiert 5) durch seine lebengebende Auferstehung vom Tode (v. 18)."

PARS ALTERA.

CHRISTOLOGIA PAULINA IN EPISTOLA AD COLOS-
SENSIS EXPOSITA, EX ALIIS LOCIS
PAULINIS ILLUSTRATA.

SECTIO PRIOR.

DE CHRISTOLOGIA PAULINA IN GENERE.

Pauli Christologiam, qualis illa in epistola ad Colossenses C. I: 15—20 exhibetur, historica et grammatica ratione exponere conati sumus, verborum significationem accurate investigantes. Ut vero doctrinam hanc Paulinam melius pleniusque cognoscamus, nonnulli loci praeterea nobis tractandi et conferendi sunt, qui in aliis apostoli epistolis occurrunt, quibus hic locus illustretur et explicetur.

Quo tamen antequam progrediamur, de Christolo-

gia Paulina in genere quaedam praemittenda sunt, ut ita nostrum argumentum melius intelligatur, viaque nobis sternatur ad illam doctrinam tractandam accuratius, quam Christologiam in specie dicere possumus, quamque ex comparatione quorundam praecipuorum locorum ex Pauli epistolis efficere debemus. Huic disquisitioni alteram hujus partis sectionem destinamus. Unusquisque vero facile intelligit, perfectam et omnibus numeris absolutam hujus argumenti expositionem, longe lateque fines excedere, huic dissertationi ponendos. Nobis tantum ex his delibandum est, quantum sufficit ad argumentum nostrum illustrandum, quod nobis proposuimus. Priora igitur hac Sectione de Christologia in genere dicendum est.

§ 1.

*Christologia apud Paulum primum non
obinet locum.*

Apud nullum N. T. scriptorem aequae perfectae atque apud Paulum inveniri doctrinae Christianae expositionem et deductionem, summo jure contendimus. Magni igitur est momenti statim animadvertere, quodnam doctrinae caput apud Paulum primum obtineat locum, ex quo ad alia progredi soleat, quem locum doctrinae de Christologia, jure ut opinamur, negamus, nec dubitamus, quin omnes nobis consentiant,

contententibus ex Anthropologia ad Christologiam Paulum pervenire solere. Quod nobis duas ad Galatas et Romanos epistolas, quae prae aliis doctrinae capita exponunt inspicientibus, statim elucebit. Prouti enim Petrus et Jacobus doctrinam Christianam, ab ea parte solent considerare, ubi illa magis cum V. T. conveniat, ita Paulus et Johannes discrimen nobis multo magis ostendunt, quod patet inter Novum Testamentum et Vetus. Redemptionem nostram in Christo imprimis exponere, sibi propositum habuit Paulus, et justificationem per fidem tantum, non per legis opera nobis acquirendam. Propterea Christum legi opponens, eum dicit τὴν δύναμιν θεοῦ (1 Cor. I:14; Rom. I:6); oeconomia N. T. est οὐ γράμματος, ἀλλὰ πνεύματος (2 Cor. III:6).

Ita porro in doctrina Christiana exponenda, de morali hominis cum Deo necessitudine fusius agit Paulus, quae necessitudo disputationis suae est principium. Duplicem hominis conditionem sibi proposuit Paulus: vel est sub lege, vel sub gratia. Δικαιοσύνη vel propria est, lege nitens (ἴδια δικαιοσύνη, δικαιοσύνη ἐμὴ ἢ ἐκ νόμου, Phil. III:9), vel fide acquisita, (δικαιοσύνη πίστεως, ἐκ πίστεως εἰς πίστιν, Rom. IV:13; I:17). Ex eo principio, omnis de homine apud Paulum doctrina exponitur, quomodo scilicet cum Deo necessitudinem habeat, sive per legem, sive per gratiam, operibus vel fide. Qua fere distinctione tota ad Galatas epistola continetur. De Christo Mediatore hic nullo alio loco sermo est, nisi C. II:20 et

IV: 1-7. Doctrina de lege et evangelio fere totam epistolae ad Romanos partem dogmaticam complet, dum Christologia, ut ita dicam, plane negligitur.

Quibus jam manifestum est, Paulum de hominis agentem cum lege commercio, qua, quamvis pro viribus observata, non possumus justificari, ea ratione transire ad Christum ejusque personam atque opera, in quo redemptionem habemus per ejus sanguinem; Anthropologiam igitur, non Christologiam primas in Pauli doctrina tenere partes.

§ 2.

Christologiam a parte anthropologica nobis exhibet doctrina Paulina.

Si revera Anthropologia apud Paulum primum locum obtinet, eum ex ea ad doctrinam de Christo exponendam solere progredi, non difficulter animadvertimus. Prouti enim doctrina de Filio Dei primum est argumentum, in quo exponendo versatur Johannes, ita Paulus de eodem quidem, sed alia via tractat argumento. Vel ex legis operibus, vel a Deo justificationem (τὴν δικαιοσύνην) impetrandam esse docet. Ex legis operibus vero cum homo non possit justus coram Deo haberi, sponte ad Christum Servatorem ejus pervenit oratio. Sic in Pauli Anthropologia explicanda desiderari non potuit doctrina de redemptione per Jesum Christum, quippe quae viam contineat,

qua sola a Deo justificatio impetrari possit. Nulla enim de τῆ δικαιοσύνη plena esse potest expositio sine Christologia, ad quam eo modo semper Paulum pervenire cernimus.

Inde quoque intelligere possumus, quare Christus ab anthropologica parte plerumque a Paulo consideretur, qua in re iterum Paulus a Johanne differt, qui inprimis suis in scriptis considerat divinam in Christo naturam. Quoties igitur Paulus de Christo verba facit, de ejus in mundum adventu deque opere ejus salutari plerumque loquitur. Quod probe tenendum est, ut accuratam nobis notitiam comparemus doctrinae, quam Paulus de Christo exposuit, quae inde suam formam induit.

In epistolis ad Galatas et ad Romanos, ut jam monuimus, opera et fidem sibi invicem inprimis opponere voluit, hocque erat scriptoris propositum, ut haec duo collustraret; propterea de Christo non multa loquitur. In aliis vero epistolis, quae minus doctrinae ordinem sequuntur, neque ita dogmata describunt, plura offendimus, de Christo memorata, sed omnia ab anthropologica parte. Ipse ille locus, quem illustravimus, nos docet, Paulum, etiam ubi de summa Christi dignitate excellentique ejus natura loquitur, cito tamen reverti ad ejus cum ecclesia necessitudinem, adque opus ejus salutari. Animadvertendum vero est, Paulum in posterioribus suis epistolis, plura de Christo ejusque persona afferre, eo vero modo, ut de his idem dicere possi-

mus. Attamen in ejus de Filio Dei doctrina, prouti ibi traditur, quaedam apparent, quae probare videntur, notiones ejus magis definitas et certas evasisse, de qua re nunc monendum est.

§ 3.

*Doctrinae de Christologia apud Paulum
progressus.*

Quum doctrinam Pauli ejusve partem aliquam, temporis progressu magis explicatam vel certam factam esse dicimus, nostrum esse videtur exprimere, quid, hoc affirmantes, spectemus. Statim enim rejiciendam censem opinionem, quamquam eam quondam fere omnes amplexi sint, acsi Pauli de rebus divinis scientia et cognitio, postquam ad Christi fidem conversus fuit, perfecta atque omni modo absoluta fuisset, ita ut, postquam per triginta annos Evangelium praedicaverit, tot tantisque jactatus fuerit fatis, tam multas a Deo acceperit patefactiones, nihil de Deo rebusque divinis melius clariusque perspexisset, quam statim a momento vocationis inde. Quae opinio arctissime cum illa inspirationis theoria cohaeret, qua hominem in homine plane tolli existimarunt multi, ita ut Sancti Spiritus instrumentum homo evadat. Unde consequitur, ut, si eam adoptare velimus, neganda sit propria illa et distincta singulorum N. T. scriptorum natura et indoles, quae tamen ubivis con-

siderantibus apparet, atque ne apud eundem quidem scriptorem aliquem progressum in exponenda veritate possimus admittere, quod tamen naturae humanae est congruum.

E contrario potius alios alias doctrinae veritatisque partes exposuisse magis magisque illustrasse videmus, singulos vero suo modo, sua ratione in suis scriptis versatos fuisse, ita ut singuli suam propriam naturam indolemque nobis quasi scriptis suis repraesentent. Et revera sic demum Spiritus Sancti actio humanae convenit naturae, si eum erudiat sensim sensimque, meliusque semper ea intelligere doceat, viresque ingenii augeat acuatque, ut veritatem in dies melius penitusque perspiciat et intelligat. Nostrum non est haec uberius exponere, imprimis cum prior illa theoria vix jam amplius habeat suos defensores; sed apud Paulum in ea doctrinae parte, in qua versamur, progressum quendam animadvertendum esse facile apparet, si quis paullo accuratius ejus epistolas legere instituat.

Quod ut conceditur, simul immunes erimus ab alio graviore errore, quo nonnulli se abduci siverunt. Sententiam eorum indicare volumus, qui ita hoc doctrinae caput urgent, ut mutatas potius quam explicatas his de rebus notiones apud Paulum fuisse existiment. Levissimas atque prorsus incertas apud Paulum exstitisse primum notiones putant, quae postea demum mutatae et meliores evaserint. Primum igitur notionum mutationem, non explicationem

apud apostolum statuunt. Qui velit intelligere, quid Paulus de Christo docuerit, ei postremas ejus epistolas legendas commendant, quasi ex his solis Pauli Christologia derivari ac agnosci posset. Si vero ad priora ejus scripta provocaveris, mox respondebunt, Pauli postea mutatam fuisse mentem, haec vero ad primam ejus periodum pertinere.

Nos quidem ab hac quoque sententia nos cavere cupimus, de progressu apud Paulum loquentes. Sic enim omnis interpretationis norma perit et inspirationis theoriae, sive ductus Dei, qui sacros scriptores ab omni errore faceret immunes, et in omnem veritatem duceret (Joh. XVI:13) omne fundamentum infringitur.

Quae igitur evitantes, progressum in hac doctrina apud Paulum statuentes, jus suum humanae vindicamus naturae, simul vero infallibilitatem q. d. apostoli vindicamus, qui a Spiritu Sancto in veritatem ducebatur et servabatur ab errore immunis. Et ea quae initio, et ea quae postea docuit, ejusdem momenti nobis sunt ad veritatem cognoscendam, verum tamen manet, quod Joh. XVI:3 dicitur *ὁδηγήσει ὑμᾶς εἰς πάντων τὴν ἀλήθειαν*, viam perpetuo monstrabit Spiritus Sanctus ad omnem veritatem. Sic igitur nullus quidem error, nulla perversa sententia apud Paulum invenitur, nulla contradictio, sed melior perpetuoque progrediens divinae veritatis conceptio, major mysteriorum, de quibus saepe loquitur, cognitio, melior universae doctrinae intellectus. Quum primum ad

Christum Paulus conversus esset, non carni nec sanguini fidem habuit, sed suum acceperat evangelium οὐκ ἀπ' ἀνθρώπων οὐδὲ δι' ἀνθρώπου, ἀλλὰ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ θεοῦ πατρὸς τοῦ ἐγείραντος αὐτὸν ἐκ νεκρῶν (Gal. I: 16).

Nuper conversus, notiones illae, quas nunc primum de Christo acceperat, in prioribus ejus sermonibus apparent. In via ad Damascum Christus ei manifestatus fuit a morte resuscitatus, Messias et in coelis glorificatus. Hinc Paulus statim doctrinam de redemptione, de resurrectione et extremo judicio amplexus est, quae capita inprimis in ejus sermonibus ubique praevalent. Jesum habet illum Messiam, quem tamquam Pharisaeus exspectaverat, cui nunc totum se dicare, quem nunc studiose aliis denuntiare, cui uni obtemperare cupit. — Et in eo ab omni per-versa doctrina a Spiritu Sancto immunis servabatur, etiam ibi, ubi notiones Judaeorum de Messia adhuc in illo apparent. Initio ita quoque *παρουσίαν* Christi etiam nunc forsitan per suam vitam obtingere posse cogitavit (cf. epist., ad Thess. et Act. Apost.). Postea vero Paulus magis Christi personam et opus conjunxit cum ejus doctrina de *πιστεῖ* et *δικαιοσύνη*. Jesus in cruce mortuus, quem Judaeis gentibusque denuntiabat, illis fuit *σκάνδαλον*, his *μωρία* (cf. 1 Cor. I: 23). Tum igitur Pauli propositum fuit Christi opus, prouti, in terra versatus, hominis apud Deum justificationem perfecerat, exponere; quippe qui ipso *νόμῳ* se justum reddere conatus, ipse expertus erat se

legem plane observare non posse, nec eo modo justitiam apud Deum aut pacem sibi invenire. Cum Christo totum se tradidisset, fideque ipsi habita pacem sibi et quietem invenisset inter varia vitae fata, quam frustra ante quaesiverat (Phil. III: 6—9), sua ipse experientia Paulus magis magisque cognovit, quae vis, quodque pretium esset mortis, et resurrectionis Christi, quamque parum per legem homo servari posset. Sic praeparabatur ad justificationem per fidem acquisitam bene distinguendam ab ea, quae ex legis operibus speratur, sicut in epistolis ad Gal et Rom. fecit. Sic profecto Christi mors et sacrificium ei majoris jam fiebat momenti, quem nunc pro divina ipsius natura *ὄν τοῦ θεοῦ* (Gal. I: 16; II: 20; IV: 4, 6; Rom. I: 3, 4, 9; V: 10; VIII: 3;) et *ἴδιον οὖν* (Rom. VIII: 32) vocat. Hac in re igitur jam progressio quaedam et notionum explicatio nobis apparet.

Multo magis vero hoc nobis palam fiet, ubi in postremis suis epistolis videmus apostolum magis enucleate de Christi persona et operibus agentem, imprimis iis locis ex epistolas ad Coloss., Philipp. et Eph., qui nobis infra singulatim indicandi erunt. Ille enim locus, quem supra exposuimus, summam nobis ostendit diligentiam et accuratam apostoli scientiam. Johannes enim solummodo loquitur de praesistentia, mundumque per *τὸν λόγον* creatum dicit. Paulus vero hoc loco de *τῷ πρωτοτόκῳ* verba faciens, nos docet mundum non solum per eum creatum esse,

sed quoque ἐν αὐτῷ et εἰς αὐτὸν, omniaque in eo constare; factamque a Christo reconciliationem ad mundum quoque spiritualement extendit.

Hinc igitur patet, quomodo Pauli notiones de Christo paulatim magis explicatae et perfectae factae sint, non vero mutatae aut correctae. Omnia igitur, quae de Christo praedicat, apte secum invicem cohaerent, seque invicem suppleant, ita ut quae indicata prius et significata tantum fuerint, postea explicata et plene exposita inveniantur.

SECTIO ALTERA.

DE CHRISTOLOGIA PAULINA IN SPECIE.

Antequam nunc accuratius de nonnullis praecipuis locis ex epistolis Pauli tractemus, opus est ut moneamus, quo consilio versati simus in locis ordine afferendis. Locum jam expositum ex comparatione aliorum locorum Paulinorum illustrare nobis proposuimus. Quod quidem ita fieri posset ut primo hos indicarem locos, qui de τῷ λόγῳ ἀσάρκῳ, deinde ea quae de τῷ λόγῳ ἐνσάρκῳ, denique ea quae de Christo in coelis glorificato agunt. Sed quia hic locus hunc ordinem non flagitat, potius illum ordinem sequi volumus, qui in ipsis Pauli epistolis obtinet, ut primum priores, dein posteriores Pauli epistolas percurramus, et simul ita videamus, ea, quae Paulus Col. I: 15—20 docet, non solum iis confirmari, quae alii locis exponit, sed etiam totam ejus de Christo doctrinam per diversa vitae tempora semper arctissime cohaerere et pulcherrime sibi consentire. Ex illa autem exponendi ratione praeterea id emolumenti ha-

bemus, ut nobis adsit opportunitas illius de qua jam monuimus progressionem observandi.

Non opus vero est ut moneamus, nos non omnes posse afferre locos, qui Christologiam spectent. Quum autem jam animadverterimus, sectionem 15 totius pericopes praecipuam esse, hanc sequemur duces in locis recensendis illis; ita tamen ut neque Christi cum ecclesia necessitudinem, Col. I: 18 memoratam, negligamus, neque praetermittamus omnium rerum ad Deum reconciliationem, quam s. 20 indicatam a Paulo habemus. Filii personam ita ejusque naturam magis quam ejus opus respiciemus.

Antea autem nobis animadvertendum est, epistolam ad Hebraeos inter Paulinas epistolas certo numerari non posse. Quod quidem demonstrare non est hujus loci, cum longe fines hujus descriptionis excederet.

§ 1.

*Locorum Paulinorum, de Christologia qui tractant,
notatio in epistolis ad Thessalonicenses,
Corinthios, Galatas, Romanos.*

Doctrina de vere humana Christi natura quum ubique in Pauli epistolis invenitur, ita in primis ejus sermonibus et epistolis supra memoratis eam praevalere, in propatulo est. Nobis enim Pauli sermones ejusque epistolas perlegendibus, eum non annis suae

ad Christianismum vocationi proximis, divinam Christi naturam ejusque cum Deo Patre necessitudinem docere voluisse, elucet. Hic enim loquitur de Christo tamquam de Messia (*ὁ Χριστός*), qui, resuscitatus a Deo, omni potestate donatus est, et deinde rediturus ad mundum judicandum, ubi illae ejus notiones ubique apparent, quas nuper ad Christum conversus, primum de illo acceperat, sine ulla divinae ejus naturae indicatione ¹⁾. Sic de Christi coelesti potestate ejusque reditu ad iudicium, in epistolis ad Thessalonicenses imprimis loquitur, quae inter prima ejus scripta habentur, ubi non solum *δύναμις* et *ἰσχύς* de Christo dicta inveniuntur (2 Thess. I: 7, 9), ut et *χάρις* et *εἰρήνη* de Christo aequae ac de Deo (1 Thess. I: 1; 2 Thess. I: 2, 12), sed imprimis, quum de Christi *παρουσία* quasi instanti loquitur, ejus potestatem et gloriam extollit apostolus. Adventum Christi dicit esse *ἀποκάλυψιν τοῦ κυρίου* (2 Thess. I: 7), *ἐπιφανείαν τῆς παρουσίας* (2 Thess. II: 8), quae fiet *ἐκ τῶν οὐρανῶν* (1 Thess. I: 10, 2 Thess. I: 7), *μετὰ πάντων τῶν ἁγίων αὐτοῦ* — *μετ' ἀγγέλων δυνάμεως αὐτοῦ* (1 Thess. III: 13; 2 Thess. I: 7; cf. etiam 1 Thess. IV: 16). Christi gloria eo tempore manifestabitur, cum delebit *ἄνθρωπον τῆς ἀμαρτίας* — *υἷον τῆς ἀπολείας* —

1) Verba *υἷος τοῦ θεοῦ*, Act. Ap. IX: 20 a Luca memorata, nihil aliud significare atque *Χριστός*, ex hoc loco eum s. 22 collato animadvertere licet.

ἄνομον (2 Thess. II: 3—8), et in iudicio quod agetur (1 Thess. IV: 6 et 2 Thess. I: 8, 9).

Eminentia igitur et potestas Christi, quatenus in ejus παρουσία apparebunt, in his epistolis proponuntur. Animadvertendum est Paulum in his plerumque nomine Jesu uti. Unico autem loco, ubi Dominum υἱὸν αὐτοῦ (θεοῦ scilicet) dicit, hoc nomen, ut contextus docet, nihil aliud est atque Χριστός. De divina Christi natura et praeexistentia nullus adhuc est sermo.

Eadem scribendi ratio, sed magis explicita, in priore ad Corinthios epistola occurrit (1 Cor. I: 8; III: 13; V: 5; VII: 29, 31). Hac in epistola lectores adhortatur apostolus, ut Domini mortem usque ad ejus adventum denuntient (τὸν θάνατον τοῦ κυρίου καταγγέλλετε, ἄχρις οὗ ἔλθῃ 1 Cor. XI: 26), neque quid ante tempus dijudicent (ὥστε μὴ πρὸ καιροῦ τι κρίνετε, ἕως ἂν ἔλθῃ ὁ κύριος, 1 Cor. IV: 5).

Haec exponendi ratio maxime cum iis convenit, quae Paulus docet in epistola ad Colossenses I: 18, ubi dicit, Christum esse caput ecclesiae (ἡ κεφαλὴ τοῦ σώματος τῆς ἐκκλησίας ὅς ἐστιν ἀρχὴ, πρωτότοκος ἐκ τῶν νεκρῶν.) Porro eadem, quae Col. I: 19, 20 docentur, jam in hac priore epistola ad Cor. XV: 24—28 occurrunt, ubi omnia Filio subjiciuntur, sicut ipse Filius denique Patri subjicitur (cf. 1 Cor. III: 22—23 πάντα ὑμῶν, ὑμεῖς δὲ Χριστοῦ, Χριστὸς δὲ θεοῦ, et XI: 3, ἡ κεφαλὴ ὁ Χριστὸς ἐστίν, κεφαλὴ δὲ γυναικὸς ὁ ἀνὴρ, κεφαλὴ δὲ τοῦ Χριστοῦ ὁ θεός). Sic in Col. I: 19 occurrunt ὅτι ἐν αὐτῷ εὐδόκησεν πᾶν τὸ

πλήρωμα κατοικῆσαι, et in priore ad Cor. XV:28 legimus ὅταν δὲ ὑποταγῇ αὐτῷ τὰ πάντα, ἵνα ἢ ὁ θεὸς τὰ πάντα ἐν πᾶσιν. Hoc loco etiam bene animadvertendum est, de Filii potestate et ejus hoc nomine cum Patre necessitudine, non de ejus persona vel natura sermonem haberi. Filius enim est πρωτότοκος πάσης κτίσεως, πρωτότοκος ἐν τῶν νεκρῶν; Deus vero omnium causa principalis est omniaque complectitur, ὁ θεὸς τὰ πάντα ἐν πᾶσιν.

De Christi persona jam nonnulla hac in epistola memorantur, quibus superior ejus indicatur natura, sicut nomina indicant, quibus eum appellat: ὁ ἐπουράνιος (1 Cor. XV:48, 49), ὁ κύριος ἐξ οὐρανοῦ (s. 47), πνεῦμα ζωοποιῶν (s. 45), ὁ κύριος τῆς δόξης (1 Cor. II:8), θεοῦ δύναμις καὶ θεοῦ σοφία (1 Cor. I:24), υἱὸς (1 Cor. I:9; XV:28). Quae Paulus in Col. I:16 de mundi creatione per τὸν πρωτότοκον profert, ea fere eodem sensu 1 Cor. VIII:6 inveniuntur, ubi dicit εἰς κύριος Ἰησοῦς Χριστός, δι' οὗ τὰ πάντα καὶ ἡμεῖς δι' αὐτοῦ. Hoc loco primum Paulum sententiam profiteri animadvertimus, qua Filium creatorem mundi esse docet, quum simul ejus praeexistentiam ostendit, quod jam supra exposuimus.

Progressus in Pauli de Christo doctrina nusquam in N. T. manifestior apparet, quam in epistolis, quae post priorem ad Corinthios, intra breve temporis spatium ab eo scriptae sunt, scilicet altera ad Corinthios, epp. ad Galatas et ad Romanos. Hae enim praeexistentiae doctrinam non solum melius et

accuratius exponunt, sed divinam etiam Christi naturam illustrant; magisque consensionem indicant apostoli cum iis, quae ex epistola ad Colossenses in priore hujus scriptionis parte a nobis tractata sunt. Quamvis Christi *παρουσία* ab illo adhuc semper exspectaretur, in his Pauli epistolis ea non amplius est praecipuum argumentum, sed sensim sensimque ab eo reponi videtur. Distinctis verbis Paulus nunc de Judaeorum ac Gentium ad Christum conversione loquitur, quae *παρουσίαν* antecedere debet (cf. Rom. XI). Cessaverat jam Pauli persuasio, quondam tam certa et viva, qua sperabat fore ut contingeret Christi adventus ipso vivente (cf. 2 Cor. V:1; Phil. I:23; II:17). Quum mortis tempus Paulo antea fuerat dies *τοῦ καθεύδειν* vel *κοιμᾶσθαι*, nunc supremus ille dies dicitur *ἡμέρα ἀπολυτρόσεως* (Eph. IV:30), et Christum suos liberare affirmat corpore hujus mortis, (*σῶμα τοῦ θανάτου τούτου* Rom. VII:24). Animadvertendum porro apostolum saepius nunc de divina Christi natura usurpare verba *ὕδιν τοῦ θεοῦ* significatione metaphysica. Non solum enim haec loquendi formula saepissime occurrit, ubi Paulus de Jesu reditu loquitur, sed etiam ubi hanc Filii naturam humanae ejus origini opponit (Rom. I:3, 4), ejusque vitam terrenam (Rom. VIII:3; Gal. IV:4) ac mortem (Rom. V:10; VIII:32; Gal. II:20) respicit, ubi evangelium memorat (Rom. I:9; 2 Cor. I:19), et gloriam denuntiat vitae futurae (VIII:29).

Non minus perspicue praeexistentiae notio scribendi ratione exprimitur, qua Paulus utitur, quum de Filii a Patre misso verba habet *πέμπειν, ἐξαποστέλλειν*, quia tali dictione luculenter ostendit, Christum a Patre profectum esse (cf. Gal. IV: 4; Rom. VIII: 3). Sic eadem notio, quam docet Johannes, verbis *ἦν πρὸς τὸν θεόν* (Joh. I: 1 et alibi), apud Paulum invenitur, qui dicit: *ὅτε δὲ ἦλθεν τὸ πλήρωμα τοῦ χρόνου, ἐξαπέστειλεν ὁ θεὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ* (Gal. IV: 4), *ὁ θεὸς τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν πέμψας ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας* (Rom. VIII: 3).

Verbis *υἱὸς τοῦ θεοῦ* divinam Christi naturam indicari, revera patet e Rom. VIII: 32, ubi leguntur verba *τοῦ ἰδίου υἱοῦ οὐκ ἐφείσατο*, in quibus vocabulum *ἴδιος* unicam Filii cum patre necessitudinem significat, quod confirmatur ex Joh. V: 18, quo loco Judaei narrantur Christum interficere voluisse, Deo se equiparantem (*ἴσον ἑαυτὸν ποιῶν τῷ θεῷ*), quippe qui dixerit Deum ipsius Patrem esse (*πατέρα ἴδιον*). Quae sententia etiam multo verisimilior evadit, si 2 Cor. V: 19 comparamus, ubi Deus dicitur *ἐν Χριστῷ κόσμον καταλλάσσω*, quo loco docemur, Deum in Christo se manifestasse operantem ad mundum expiandum ¹⁾. Quae omnia confirmantur verbis 2 Cor. IV: 6 obviis: *ὅτι ὁ θεὸς ὁ εἰπὼν ἐκ σκοτῶν φῶς λάμψαι, ὃς ἔλαμψεν ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν πρὸς φωτισμὸν τῆς γνώ-*

1) Perperam enim verba *ἦν ἐν Χριστῷ* a nonnullis conjunguntur. Cf. Mejer a. h. l.

σεως τῆς δόξης τοῦ θεοῦ ἐν προσώπῳ Χριστοῦ, et plane conveniunt cum Pauli de τῷ πρωτοτόμῳ doctrina Col. I: 15 exhibita, ubi Christus dicitur εἰκὼν τοῦ θεοῦ τοῦ ἀοράτου. Idem fere quoque exprimit apostolus iis, quae 2 Cor. IV: 4 occurrunt ὅς ἐστι εἰκὼν τοῦ θεοῦ, et quae in priore disquisitionis parte fusius exposita sunt. Inprimis hoc patet ex Rom. IX: 5, quo loco Christus dicitur ὁ ὢν ἐπὶ πάντων θεὸς εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας. Accurata et plena hujus loci classici interpretatio, quamvis ab hujus scriptionis argumento non alienum esset, attamen ejus fines egrederetur; quamobrem sufficiat ad diversos de hoc loco referre auctores, eaque tantum memorare, quae ad hunc locum animadvertit Cl. Bouman: "Eorum sententia, qui, *Ep. ad Rom. IX. 5^b*, *doxologiam* invenisse sibi videntur, si vel per nullas alias confutaretur rationes hermeneuticas, a *Psychologîâ* certe condemnatur. Neque enim tam inepte scripsit atque absurde Paullus, ut, eodem enuntiato atque eodem veluti pectoris orisque halitu, et acerbissimam, quâ comprimeretur, aegritudinem ac moerorem lectoribus significaret et, adjectâ summi gaudii nuntiâ ac teste voce laetissimâ, illi ipsi veluti insultaret acerrimo suo dolori. Cf. sect. 1—3." ¹⁾). De hujus loci interpunctione vero, videnda omnino quae hac de re a Da Costa prolatasunt ²⁾).

Praeterea animadvertendum est Paulum Chri-

1) *Chartae Theologicae*, I. p. 184.

2) *Jaarboeken voor Wet. Theol.* X. p. 706 seqq., et Paulus, *Nalezing*, p. 18 sqq.

stum etiam *υἰὸν τοῦ θεοῦ* dicere, ubi de ejus manifestatione in terra et expiatione in cruce loquitur, quae quoque plane cum Col. I: 15—20 consentiunt. Eo modo dicit *καταλλαγέντες σωθησόμεθα ἐν τῇ ζωῇ αὐτοῦ* (Rom. V: 10), *ὃς γε τοῦ ἰδίου υἱοῦ οὐκ ἐφείσατο, ἀλλὰ ὑπὲρ ἡμῶν πάντων παρέδωκεν αὐτόν* (Rom. VIII: 32; cf. 2 Cor. V: 19); *ὃ δὲ νῦν ζῶ ἐν σαρκί, ἐν πίστει ζῶ τῇ τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ τοῦ ἀγαπήσαντός με καὶ παραδόντος ἑαυτὸν ὑπὲρ ἐμοῦ* (Gal. II: 20).

Hanc ob causam et Jesum glorificatum dignissimum dicit nostro honore et *λατρεῖα*, ad Dei dexteram sedentem (Rom. VIII: 35). Christus ita vivorum et mortuorum Iudex est, *τοὺς γὰρ πάντας ἡμᾶς φανερωθῆναι δεῖ ἔμπροσθεν τοῦ βήματος τοῦ Χριστοῦ, ἵνα κομισθῆται ἕκαστος τὰ διὰ τοῦ σώματος πρὸς ἃ ἔπραξεν, εἴτε ἀγαθὸν εἴτε φαῦλον* (2 Cor. V: 10), *πάντες γὰρ παραστησόμεθα τῷ βήματι τοῦ θεοῦ* (Rom. XIV: 10).

Denique non solum dominatio et iudicium, sed et intercessio apud Patrem a Paulo Christo tribuitur (Rom. VIII: 34), quae utraque notio quoque ex Col. I: 18 efficitur. Preces nostrae valent, in ejus nomine factae; per eum *τῆς υἰοθεσίας* participes sumus et Deo grati (Cf. Rom. I: 8; VIII: 15; Gal. IV: 6); et arctissima eum inter et ecclesia intercedit necessitudo (Rom. VIII: 29). Ea ratione de *δύναμει Χριστοῦ* loquitur apostolus (2 Cor. XII: 9; XIII: 3, 5; cf. Gal. II: 8; Rom. XV: 18); et sic suis lectoribus a Deo petit *τὴν χάριν* in benedictione, *τὴν ἀγάπην τοῦ θεοῦ* et *τὴν κοινωνίαν τοῦ ἁγίου πνεύματος* (2 Cor. XIII: 13).

*Locrum Paulinorum, de Christologia qui tractant,
notatio in epistolis ad Colossenses, Ephesios,
Philippenses et Timotheum.*

Eo jam pervenit disputatio nostra, ut nobis supersint notandi ii tantum loci ex novissimis Pauli epistolis, quibus epistola quoque ad Colossenses, ex qua hujus disquisitionis argumentum petivimus, annumeranda est. In quibus omnibus effata Pauli gravissima de Christi persona invenimus, quae Pauli de Christo doctrinam in epistola ad Colossenses I:15—20 obviam, illustrant atque confirmant, simulque ostendant, quomodo Pauli doctrina de Christi persona pedetentim clarior perfectiorque evaserit. Non plane vero explicandi, sed leviter tantum notandi sunt illi loci, ita ut tantummodo pretium indicemus et auctoritatem, quae habent ad Christologiam Paulinam explicandam. Sufficiat igitur breviter horum locorum significationem referre, quatenus cum Col. I:15—20 convenient et has illustrent sectiones.

Plura Pauli enuntiata in epistola ad Colossenses occurrunt, cum Cap. I:15 consentientia, quae cum effatis nonnullis in epistolis ad Epheseos et Philipenses obviis primum memoremus. Jam in Col. I:13 invenimus *υἱὸς τῆς ἀγάπης αὐτοῦ*, qua loquendi formula Paulus usquedum non usus erat. Eph. I:6 legitur *ἀγαπημένος*, quod magis quam *ἀγαπητὸς* amoris

perpetuitatem indicat, et ideo majorem habet vim. Verba ἐν ᾧ εἰσὶν πάντες οἱ θησαυροὶ τῆς σοφίας καὶ γνώσεως ἀπόκρυφοί, occurrunt Col. II:3; ἐν αὐτῷ κατοικεῖ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος s. 9, quae posteriora imprimis conveniunt cum Col. I:19 (vid. supra p. 8 sqq.) et spectant Christum q. d. historicum, idem significantia ac s. 15. εἰκὼν τοῦ θεοῦ τοῦ ἀοράτου.

Inter praecipuos de Christo locos in his epistolis obvios, imprimis numerandus est Phil. II:6, ubi leguntur verba ὃς ἐν μορφῇ θεοῦ ὑπάρχων οὐχ ἀρπαγμὸν ἠγῆσατο τὸ εἶναι ἴσα θεῷ, quae, quamvis diverse a diversis interpretibus sint explicata, ita tamen interpretanda videntur, ut ἐν μορφῇ θεοῦ ὑπάρχων referendum sit ad Dei Filii statum ante ejus in carne adventum. Quod quidem etiam ex s. 7 patet, ubi Christus dicitur se exinanisse, humanam naturam assumendo, idem quod etiam, ut opinamur, exprimitur verbis εἶναι ἴσα θεῷ, quod Dei Filius non rapinae loco ducturus esset, quia divina haec similitudo cum ejus natura cohaeret et jure ei competit. Hic locus certe et Col. I:15—20, primum occupant locum in doctrina Paulina de Christi persona. Nullo alio loco explicatius suam sententiam Paulus exponit, nam in posterioribus quoque ejus epistolis nulla tam manifesta tamque omnibus numeris elaborata inveniuntur effata. Post hanc, quam ex Paulo attulimus de Christo animadversionem, omnibus manifestum esse potuit, quanta fuerit humiliatio ejus, qui nostras suscepit partes. Christi incarnatio hanc ob causam

Paulo vocatur ταπεινώσις et κένωσις, sectt. 7, 8. Quamvis enim Jesus in humana natura maneret υἱὸς τοῦ θεοῦ, homo factus tamen reliquerat τὴν μορφὴν τοῦ θεοῦ et gloriam apud Patrem. Illa ταπεινώσις in eo inprimis sita est, quod speciem servi assumpsit et obediens factus sit usque ad mortem (sectt. 7, 8). Hanc propterea Christi glorificatio insecuta est, διὸ, inquit Paulus, καὶ ὁ θεὸς αὐτὸν ὑπερύψωσεν καὶ ἐχαρίσατο αὐτῷ τὸ ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα, ἵνα ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ πᾶν γόνυ κάμψῃ ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων καὶ καταχθονίων, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσῃται ὅτι κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς εἰς δόξαν θεοῦ πατρὸς (sectt. 9—11). Dominatio, quam Filius tenet post ejus ad Patrem reditum, a Paulo memoratur in Eph. I: 20—22, ubi docet: καὶ καθίσας ἐν δεξιᾷ αὐτοῦ ἐν τοῖς ἐπουρανίοις ὑπεράνω πάσης ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας καὶ δυνάμεως καὶ κυριότητος καὶ παντὸς ὀνόματος ὀνομαζομένου οὐ μόνον ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι, καὶ πάντα ὑπέταξεν ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ, καὶ αὐτὸν ἔδωκεν κεφαλὴν ὑπὲρ πάντα τῆ ἐκκλησίᾳ.

Mundi a Deo per Filium creatio, quae Col. I: 15—20 praecipuum est argumentum, etiam memoratur in Eph. III: 9 ἐν τῷ θεῷ τῷ τὰ πάντα κτίσαντι διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ. Omnium rerum conservatio et continuatio in Col. I: 17 exposita, huic notioni congruit. Potestas Christi apud Paulum simul est servans atque in omnibus subjecta Patri, omnium causae principali (Col. I: 19, 20; Eph. I: 19, 20, 21; III: 9, 11).

Epistolas ad Timotheum denique si obiter inspiciamus, in his minus traditum invenimus de Christi persona nihilque novi additum, nisi quod jamdudum apud Paulum invenimus; neque hoc exspectari potuit ex consilio, quo scriptae sunt. Tuto statuere licet, doctrinam Pauli de hoc doctrinae capite, ita cognitam habuisse Timotheum, ut nulla pleniore institutione hac in re opus esset. Nihilominus tamen plura Pauli effata occurrunt, quae ejus de Christo doctrinam, in caeteris epistolis expositam, confirmant. Sic plane cum Pauli doctrina, in Phil. II: 6 obvia, congruit locus classicus 1 Tim. III: 16: *ὃς ἐφανερώθη ἐν σαρκί, ἐδικαιώθη ἐν πνεύματι, ᾤφθη ἀγγέλοις, ἐκηρύχθη ἐν ἔθνεσιν, ἐπιστεύθη ἐν κόσμῳ, ἀνελήφθη ἐν δόξῃ*. Quamvis enim hoc loco non *ὃς*, sed *θεός* legendum sit ¹⁾,

1) Argumentis imprimis externis *ὃς* in *θεός*; hoc loco mutatum fuisse ducimus. Ne autem justo diutius hoc in loco moremur, nonnulla tantum afferre liceat a Schumann in capita quaedam redacta: "1) Die Lesart *ὃς* findet sich fast unbezweifelt in den ältesten und wichtigsten Codices, sowie alle alten Uebersetzungen, mit Ausnahme, der arabischen *ὃς* oder *δ* lesen. 2) Erst die späteren Kirchenväter lesen *θεός*, während die älteren diese Stelle nirgends in ihren Streitigkeiten, z. B. gegen Arius, gegen Julian, gegen Nestorius, benutzen, um die Gottheit Christi zu erweisen. 3) Die Lesart *ὃς* ist unbezweifelt die schwierigere, und für sie konnte leicht *θεός* als Glosse in den Text aufgenommen werden, während umgekehrt nicht leicht Jemand bei *θεός* auf *ὃς* kommen konnte. 4) In einigen Codices (A. C. D.) ist die Spur der späteren Hand, welche *ὃς* oder *δ* in *θεός* verwandelt hat, unverkennbar. 5) Aus dogmatischen Gründen kann eine solche Verfälschung des Textes viel leichter erklärt werden, als die entgegengesetzte, und die von der herrschenden Kirche begünstigte Textveränderung musste weit leichter Beifall finden, als die

prorsus tamen hic locus convenit cum iis, quos jam ante ex Paulo attulimus. Verbis enim ἐφανερώθη ἐν σαρκὶ manifeste Christi praeexistentia exprimitur, quia demonstrant, eum quondam non ἐν σαρκὶ fuisse. Augustior Christi natura indicatur verbis ἐδικαιώθη ἐν πνεύματι, quae vocabulis ἐν σαρκὶ opponuntur (cf. Rom. I:4). Verba ὤφθη ἀγγέλοις de ejus resuscitati glorificatione intelligenda esse videntur (Matt. XXVIII:2; Joh. XX:12; cf. etiam 1 Petr. I:12, Eph. III:13). Verba ἐκηρύχθη ἐν ἔθνεσιν, ἐπιστεύθη ἐν κόσμῳ spectant ejus opus salutare, cum ἀνελήφθη ἐν δόξῃ ejus potestatem et gloriam apud Patrem indicant. Praeterea notandi sunt inter alios ex epistolis ad Timotheum locos, 1 Tim. I:12, 16; 2 Tim. I:12; IV:17, 18, 22 etc.

Speramus ita fore ut lectores, siquī erunt, brevi hoc locorum Paulinorum de Christologia conspectu, satis intelligant quomodo ubique progressus apud Paulum animadvertendus sit, in doctrina sua de Christo exposita, tam in prioribus quam in posterioribus suis epistolis. Nostram imprimis Col. I:15—20 interpretationem hoc conspectu esse confirma-

nur von einzelnen Irrlehrern und ihren Anhängern vertheidigte Lesart. Da nun für das Neutrum δ , das sich auf $\mu\upsilon\sigma\tau\eta\rho\iota\sigma\tau\iota\sigma$ beziehen würde, weit weniger spricht, so ist von Vielen bereits $\xi\varsigma$ ohne Weiteres in den Text aufgenommen worden. Es ist dann davor, um es zu erklären, $\epsilon\kappa\epsilon\iota\sigma\tau\iota\sigma$ oder $\sigma\upsilon\tau\iota\sigma$ zu ergänzen. Ähnliche Constructionen beim Paulus wären dann: Röm. 2:23, 1 Cor. 7:37. (vgl. Marc. 4:25, Joh. 1:46)." Christus, II: p. 579.

tam confidimus. Notiones hoc in loco obvias, ubique in Pauli epistolis reperimus confirmatas, scilicet omnium rerum per Filium creationem, conservationem et dominationem, ejus cum Patre necessitudinem ejusque naturam divinam, perpetuamque ejus necessitudinem cum ecclesia cujus caput est, ut omnis plenitudo in ipso inhabitet. Neque argumenta nobis defuerunt, quibus demonstraremus, Patrem haec omnia ita voluisse, ut Christus Jesus *γένηται ἐν πᾶσι πρωτεύων.*

CONCLUSIO.

Priusquam nostrae disquisitioni finem imponamus, uno obtutu recolere liceat ejus argumentum, atque verbo indicare ea, quae, propositi loci interpretatione pro viribus perfecta, inde jure colligi nobis videntur.

Jam vero satis inde omnibus constare confidimus, non solum utilitatem hujus loci indagacionis in Theologia Dogmatica, sed etiam in Theologia Exegetica ejus interpretandi rationis momentum. Historica enim exponendi ratio quot quantisque commendetur argumentis, nimis tamen laborat difficultatibus atque premitur, quam ut uno omnium consensu recipiatur. Hac enim suffragante ad Theosophicam de $\tau\tilde{\omega}$ πρωτότοκου ducimur notionem obscuram, quamvis ex ipsis Pauli verbis hanc illustrare conentur. Eo enim inconstantiae abducti sunt, ut, quum ad Pauli aetatis philosophiam decurrerint interpretes illi, in verbi πρωτότοκος significatione indaganda, eam tamen mox statutam

negligant, simulac de hujus verbi significatione agitur, ab ipso Paulo indicata. Singula autem, quae huic interpretandi rationi opponuntur, jam ante singulatim recensuimus.

Praeterea quoque vidimus non exiguum eorum esse numerum, qui grammaticam exponendi rationem amplectuntur, qua in verbi *πρωτότοκος* interpretatione plerumque Filii genitura eaque temporalis, quin etiam ejus creatio fundatur. Illam igitur interpretationem perversam esse ut monstretur necesse est, priusquam radicitus evelleretur erronea ex hoc loco derivata doctrina, quae ad hunc usque diem locum sedulo sibi vindicare studuit.

Quamvis autem hac in disputatione omnia, quae Grammatica et Historia conjunctim offerunt, subsidia nobis profuerint, ita ut contextui non minus congruat, quam scriptoris consilio nostra interpretatio satisficiat, attamen memores esse nos oportet, non nisi obscure, incerte et imperfecte res divinas humanis verbis tradi menteque humana concipi atque cognosci. Humanae enim notiones Deum resque divinas neque capere possunt neque verbis exprimere. Deus enim ad homines descendit, eorum notionibus se accommodans et notitiae, nihilque homo de Deo mente concipiet, nisi ejus manifestatio humano fiat modo. Perverse igitur eos agere contendere ausimus, qui humana ratione Deum sibi cogitent atque ita explicent verba (Joh. IV : 24; 2 Cor. V : 16), quibus sacri scriptores usi sunt, ut notionem abstractam inde

de Invisibili nobis comparemus. Hinc omnes illi et antiquorum et aequalium errores permulti!

Non autem id spectamus, quasi incorrectae notiones et notitiae in nostris animis inde existant necesse sit, quia verba quibus circumscribantur, ex rei ipsius natura imperfecte eas nobis tradunt. Expositio enim in S. S. exhibita est vera, a nobis autem pro parte tantum intelligi potest et cognosci. Quae omnia inprimis valent de Dei natura et substantia, quae humanum ingenium et captum egreditur. Ea quae manifestantur sine dubio vera sunt certaque et consentiunt cum iis, quae non manifestata sunt, quae tantum conjicere possumus aut suspicari aut divinare, non autem cognoscere vel intelligere. Quae quum saepe negliguntur, ea tantum secuti sumus quae manifestata in S. S. habemus, scriptoris verba eo modo illustrantes, quo melius ejus mens ex iis capiatur.

Alterum porro nostrae hujus loci interpretandi rationis subsidium hoc est, quod multum nobis lucis affert in caeteris N. T. locis et inprimis Johanneis interpretandis¹⁾. Prouti enim doctrina de $\pi\rho\omega$ -

1) De his conferri omnino meretur opus nuperrime editum atque titulo inscriptum: *Des Apostels Johannes Lehre vom Logos, ihrem Wesen und Ursprunge nach, historisch-kritisch erörtert von Dr. Jordan Bucher*. Ex quo libro tantum referre juvat: "Was den materialen Gehalt der Johanneischen Logoslehre betrifft, so ist sie spezifisch-christlichen Charakters; denn sie ist zumeist von Christus unmittelbar gelehrt und ausgesprochen. Fragt es sich nun Weiter, welche form ist unter allen möglichen die passendste, um die christlich geoffenbarte Wahrheit rück-

τοτόκῳ Paulo praecipue propria est, sic Johannes unus est, qui vocabulis utitur *λόγος* et *μονογενής*. Non minore jure igitur statuimus verba haec a scriptore *κατ' ἐξοχήν* usurpata esse, quia eo melius ejus de Dei Filio doctrinam exprimunt. Prouti verbum *μονογενής* optime convenit cum verbis *υἱὸς τοῦ θεοῦ*, apud Paulum usitatis, sic ὁ *λόγος* Johanneus majorem partem Paulino *πρωτότοκος* respondet, ideoque nostro quidem judicio, illud verbum eadem historico-grammatica ratione qua hoc interpretandum est. Notio vero, quae verbo Paulino *πρωτότοκος* inest, amplior est et capacior. Johannes de τῷ *λόγῳ* tantum loquitur tamquam praesistenti, Paulus autem de *πρωτότοκῳ* per omnem statum *ὑποστάσεως*; Johannes docet mundum creatum esse per τὸν *λόγον* (δι' αὐτοῦ), Paulus autem docet mundum per τὸν *πρωτότοκον* creatum esse, non solum per eum (δι' αὐτοῦ), sed etiam in eo (ἐν αὐτῷ), et ad eum (εἰς αὐτόν); Johannes τοῦ *λόγου* naturam exponit, Paulus affirmat τὸν *πρωτότοκον* dominari et angelis et hominibus; Johannes creationem tantum memorat, Paulus gubernationem etiam et conservationem; Johannes loquitur de τοῦ *λόγου* necessitudine cum Patre, Paulus praeterea de τοῦ *πρωτότοκου* necessitudine cum ecclesia, et docet simul expiationem ad angelos quoque esse referendam.

sichtlich des überirdischen Wesens des Gottessohnes zusammenzufassen, so müssen wir als solche die philonische Logoslehre bezeichnen." p. 222.

Interpretationis denique a nobis propositae momentum inprimis in eo cernitur, quod diversarum de Christo sententiarum fautores hoc loco niti conantur. Vere et de hoc loco dici potest: "torquet interpretes et vicissim ab illis torquetur." Etenim a primis inde temporibus in ecclesia Christiana certatum est de loco illo, diverse ab interpretibus intellecto, qui inde suam sententiam stabilire studuerint. Jam ante enim vidimus ad quam diversas hujus loci conclusiones solent pervenire interpretes, quae sua vice diversam in Christologia statuenda habere vim necesse est. Non solum igitur significationem ipsius hujus loci veram indagavimus sed etiam eam illustravimus et confirmavimus, aliis locis Paulinis collatis. Summa ubique nobis patuit consensio, qua a nobis proposita interpretatio non confirmari non potest.

Christologiam igitur Paulinam si respicimus, nil miramur, aequae ac apud Johannem, sic et apud Paulum verbum *θεός* reperiri. Quid? quod Rom. IX: 5 doxologiam inesse concedimus, et Pauli Tit. II: 13 enunciatum negligimus¹⁾, nullo tamen modo mutatur Christologia Paulina aut infringitur. Dicendi enim formulae *ἐν αὐτῷ κατοικεῖ πᾶν τὸ πλῆρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς* (Col. II: 9), *ἐξ αὐτοῦ καὶ δι αὐτοῦ καὶ εἰς αὐτὸν τὰ πάντα* (Rom. XI: 36), ne plu-

1) Vdr. Winer, *Grammatik* etc., qui grammatice verba *τοῦ μεγάλου θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ*, ad Christum referenda dicit. Ed. 5, p. 148; et Da Costa, *Nalezing*, p. 18 sqq.

res citemus, cum illis a nobis supra memoratis collatae, satis superque ostendunt, Paulum eandem atque alii N. T. scriptores exhibere de Christo doctrinam, qui non dubitarunt in eum accommodare vocabulum *θεός*.

QUAESTIONES.

I.

Epistolam ad Colossenses Paulo scriptori tribuendam esse contendimus.

II.

In interpretando vocabulo *πρωτότοκος* Coloss. I: 15, neque sola valet grammatica interpretandi ratio, neque sola historica.

III.

Minus recte Cl. Scholten contendit (*Hist.-Krit. Inl. t. d. Schriften d. N. T.* p. 260): "Uit kracht van die gemeenschap (cum ecclesia scilicet) is hij *πρωτότοκος πάσης κτίσεως*."

IV.

Circumcisionis origo ab Israelitis, non ab Egyptiis petenda est.

V.

Dualismum non plane tollit doctrina τῆς ἀποκαταστάσεως.

VI.

Platonis sententia, qua ignorantiae soli tribuuntur peccata pugnat cum librorum ss. doctrina.

VII.

In societate Christiana, qua fidei confessio negligitur, coetus autem aliis vinculis constringitur, hierarchia adest vel oritur.

VIII.

Praeexistencia τοῦ λόγου idealis q. d., quam ét alii olim ét nostro tempore Cl. Scholten propugnat, revera nulla est.

IX.

Ecclesiae auctoritati recte divinam librorum ss. auctoritatem opposuerunt Reformatores.

X.

Philosophiae in doctrina theologica dominatio saepe eo tendit, ut Platonem, Aristotelem, aliosve vendant pro Christo.

XI.

Exercitia oratoria in institutione Academica, praesertim theologica, locum non exiguum obtineant oportet.

XII.

Mors, quam Christus subiit non pugnat cum ejus ἀναμαρτησία.

XIII.

Διὰ τοὺς ἀγγέλους 1 Cor. XI:10, Bretschneider perperam intelligit de *malis geniis*.

XIV.

Verba ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ intimam Filii cum Deo Patre necessitudinem indicant.

XV.

Ex verbis χωρὶς ἁμαρτίας Hebr. IX:28, Irving perperam ad Christi his in terris degentis ἐπιθυμίαν concludit.

XVI.

Recte Calvinus: "Verum etiamsi ecclesia in officio cesset, non ideo protinus uniuscujusque privati erit iudicium separationis sibi sumere."

XVII.

Verba צֶלֶם et רְמוֹת Gen. I: 26, perperam idem indicare docet M. Baumgarten.

XVIII.

Reformationem qui revolutionem q. d. ducunt, veram ejus indolem ignorant.

XIX.

Disciplina Theologica ubi magis magisque excolitur, ibi etiam Professorum numerum eadem ratione multiplicare necesse est.

XX.

Morem hodiernum in aedibus nostris sacris ubique fere vigentem, ab auditoribus, pauperibus etiam, nummos pro sede exigendi, neque Religionis Christianae indoli convenire, neque per omnem Europam hac in re mori solito congruere, neque extraneis non displiciturum, statuimus.

CORRIGENDA.

p. I, II		EXPOSITA	<i>lege:</i>	EXPOSITAM
" VII	<i>lin.</i> 3.	<i>eriditorum</i>	"	<i>eruditorum</i>
" VIII	" 18.	<i>Deum</i>	"	<i>Deus</i>
" XIII	" 7.	EPISTOLA	"	EPISTOLAE
" 13,	" 1.	discin plina	"	disciplina.
" 14,	" 14.	quovis	"	"quovis
" 15,	" 12.	adhibuimus	"	adhibebimus
" 16,	" 12.	prior	"	priore
" 35,	" 3.	est	"	sit

